





<36612557220011

<36612557220011


Bayer. Staatsbibliothek

c. f. gr. a  
305

Apollonia

BR















# APOLLONII RHODII

ARGONAVTICORVM

LIBRI IV.

A B

JEREMIA HOELZLINO

in Latinum conversi;

COMMENTARIO & NOTIS

illustrati, emaculati;

SCHOLIIS AD CARMINA

numerato additis concinnati.

*Commentarius in verborum & rerum  
Indicem contractus.*



LVGD. BATAVORVM,  
Ex Officina Elzeviriana.

Anno **clō lōc xli.**

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.

*Nobilissimis, Amplissimis,  
Spectatissimisque Dominis,*

**D. D. CURATORIBVS**  
Academiae Lugduno-Batavae.

**D. CORNELIO** van der MYLE, Equiti,  
Domino in Mylen, Dubbeldam, Antons-Polder, Alblas, &c. Ordinis Equestris  
Assessori.

**D. JACOBO CATS**, Equiti, Ordinum  
Hollandiae Consiliario & supremo Syndico.

*Eorundemque Collegis,*

**D. D. CONSVLIBVS**  
Civitatis, Lugduno-Batavae.

**D. CLEMENTI à BAERSDORP**, J.C.

**D. ADRIANO à STAVEREN**.

**D. JOHANNI** vander MAERSCHE.


**D. MAURITIO** vander AA.

**E T**

**D. JOHANNI à WEVELICHOVEN**,  
J.C. & Republicae Lugduno-Batavae Syn-  
dico Consultissimo, **D. D. Curatoribus à**  
Secretis.

\* 2

*Nobi-*



*Nobilissimi & Amplissimi Viri,*

**L**ectissima est de peregrinandi modo & usu disputatio, neque abs re stylos ei enodandæ & ingenia impenderunt politici elegantiores, quos inter Argonautici. Dum enim alii tetricis rem præceptis fanciunt, isti simul docent dociles, simul per viridantia poëticæ amœna ductos incredibili, sed illibata voluptate perfundunt: id quod vel maxime hic Apollonius divino opere dedit effectum: & ipse locis opportunioribus, quantum per ingenii licebat hebetudinem, demonstravi, aut saltem demonstrare sum conatus. Non est nunc consilium, nec quam colui usque, parcimonia temporis finit quæ ille persecutus fusissime, recitare

D E D I C A T O R I A .

centare omnia. Sed inde solummodo eliciam quod in præsens meum tempus convenit. Cum primum exulis mihi personam sensi attributam, de ea vel ri- te amicienda vel decore progestanda diu fui multumque sollicitus ; ac tan- dem subducenti hospitem virtutes, prin- ceps mihi obviam facta modestia, illa cælo, illa terræ amabilis modestia. Me- cum idcirco constitui, nec majores ni- do pennas extendere, nec præferre me aliis, sed quantæcunque supellectilis meæ æstimatione, si qui surgere possent spiritus, commulcere. Atque hoc par- tim mea me indoles docuit, partim in- stituta Dei, quibus idem ditem doce- mur nihil ipsi placere altum posse. Isti insuper à transverso socium se junxit *κατήφεια* & mæror, cujus causam om- nium perfectissime illi scire se rentur, qui se ignorant & ignorabunt semper, nocentissima omnium inscientia. Equi- dem demiror quid sit quod aliqui  
\* 3
quam-

E P I S T O L A

quamvis nari suam olim florentissimam patriam nunc variis excidiis & longa perimi morte , tamen falsis adhuc dantur toti gaudiis , nec vitulentur aliter ac si parentes & cognati ipsorum habitarent *πίρραμα ἀπὸν Ἰσουλὰ*. Portentosus est furor iste , & diriora minatur mala. Quantum ad me adtinet, valde vereor ut omnium puncta arbitrorum tulerim. Hoc namque ævo qui se non erigit supra id quod res est, omnium pedibus calcatur ac totis ludibrii montibus obruitur. Nec tamen deficiunt hoc sub statu solatia, nisi cujus exciderit animo cæleste illud tonitru : Deus amat peregrinum. Peregrinum dicit *ἄλλοτῆς*. Cum enim per se sit gravis calamitas alienum quærere solum, cui possis quomodocunque adhærescere , Deus pro immenso suo erga homines amore, non eis favet solum qui intaminata delictis tetricioribus conscientia comitati fugiunt patriam , ac potius inde persecutionis bel-  
live



## DEDICATORIA.

live terroribus agitati everruntur : verum etiam vindex est suppliciorum parricidalium , & vehementer succenset, nec segnius opitulatur homicidis. Quæ verba quarto Apollonii libro, nec sine stupore possunt legi. Similiter enim Deus parricidarum principem Cainum altera pectoris parte exagitat, altera ad enses privatos tutatur, ne concatenatis cædibus genus humanum edecimetur funestius. Hoc hospitis decus ultro affectatur tolerantia. quippe felix enim est alieno in solo doloris seges. Ac quemadmodum transplantatas longius stirpes terra hospita non æque ut in patria florere patitur, sic advenas multo malent indigenæ apud se *κλιθεῖν* quam *πρυτανθεῖν*. Quis vero nescit insueta aëris alieni corpuscula variis objacere morbis? morum & popularis honesti diversitate omne genus ludibria in hominum fæce procreari? in aliis loco benevolentia navæ & efficacis *ὕδαρῆς* & se-

## E P I S T O L A

gnes existere amicitias? parva adhuc loquor. inter homines probos semper monstra sunt intersita, à quibus plus est terroris atque periculi. Quæ cognitissima Homero res fuit. Eam itaque ut nos edoceret, quid non de Ulyssè, perpeffitio heroë comminiscitur? Homerum Argonautici in fabula antiquiore secuti nihilo humaniora nobis præfigurant. Mihi hæc semper visa est tuta via, ubi plebs lutulenta, ubi scurræ & Thrafonidæ, ubi libellorum famosorum factores ferociunt, nec impromptiores sunt ad reglutienda quam ebullienda maledicta, non fluvio navigare adverso, sed acquiescere Dei providentia, composito denique opperiri animo, dum eos Deus in rectum corrigat. His namque in rebus vinci, vincere est, ad querelas redigi, hominis est ab omni patientia nudi inermique. Non relicta mihi sed reliqua est *ἄχαρσία*, hoc est unicum illud civilis glutinum societatis. Nam officio-

D E D I C A T O R I A .

ficioꝝ ἀμοιβὰς abruperis , totam corporis civium disſueris fabricam : Certe in fabulis ſunt & inhospitales Polyphemus , Amycus , Turnus , & iſtis contrarii Alcinoi , Lycus , Euandrus . Unde vero veſtræ, Nobiliſſimi Ampliſſimique viri, in me beneficiæ oram deglomerare incipiam ? Poſtquam navicula exilii mei ſtationem & ἀπιτον λιμνὴν eſſet naſta , ea penitus deſerta , in Bataviam veſtram concedere decrevi . Ibi tum ipſa mihi ſuffragabatur opportunitas . Quæ enim univerſo terrarum orbi admirabilis viſa occupatio Veſaliæ , & fortiſſima Silvæ Ducis expugnatio , tutum mihi hibernandi angulum promittebat . Nam ſecundis ſolemus rebus animum in miſeris ſumere benigniorem . Non quo conſueſſem aliis eſſe oneri (teſtor conſcientiam omnium) ſed quod properarem ad labores , unde mihi vita honeſte toleraretur . Primum itaque ad perinſlytæ huius Academiae & optimorum quorundam

\* 5

dam

E P I S T O L A

dam in ea viroꝝ jubar, legitimo acci-  
tu, ut nemo, ad Græcanici sermonis eva-  
si Professionem, cui jam muneri noven-  
nium fere navavi operam, aut, ut meæ  
nunc est valetudinis conditio, enavavi.  
Cur enim corpus aggravetur somno,  
exercitatione immodica, senio, morte,  
eadem, meo quidem certe animo causa  
est. quia ἀδυσίαλον αἰεὶ ἐνεργεῖν, ut dicit Ari-  
stoteles in περὶ ὕπνου. Quæ ἀδυσία ani-  
mæ injustius attribuitur quam corpori.  
Nam dum anima vel movetur in cor-  
pore (διὰ σώματος) vel corpus movet ad  
functiones varias, vernacula corporis  
gravitas ipsum mergere luctatur, quæ  
lucta vere lassitudo est, tantoque domi-  
nantior, cum animæ operationes in sen-  
suum officinis feriantur, unde somnus  
existit. Eiusdem igitur corporis vigo-  
rem ætate hebetari novum non est: do-  
nec in morte ad obeunda animæ iussa  
prorsus exurdetur & semel pigrescat. Est  
enim piger sic dictus à ἡγρῆ, homo, ani-  
matum

## DEDICATORIA.

matum cadaver, נפֿן. Sed quodnam pro talibus, ut sine supercilio dicam, meritis hostimentum referat quisque. Qui paginas suas inscribunt Magnatibus, suo se fungi officio autumant, si de illorum laudibus prolixos annales condant. At multo certius est, quid hæc examinat facundia, quam qua homines totarum mentium capaces trutina pensitent. Ego quantum colligere ex antiquorum monumentis licet, in eam adducor sententiam, ut putem generosos animos non magis abs quivis laudari, quam Alexandrum pingi fingive cupere. Neque adeo mollis est ejuscemodi laudatoris provincia. Cum enim hic fere sint celebrandæ res domi bellicque præclare gestæ, qui eas *δι' ἀπαιτίας* non habent cognitissimas, non possunt nisi earum decus derodere, sanctitatem incestare. Quantum vero periculum est, ne viros omni honestatis splendore conspicuos concinnes adulabiles! Sanequam

E P I S T O L A

quam tenue est discrimen inter laudationem quæ fit coram , & nocentissimum adulationis poculum : adeo ut verius videatur Græcis, *πρὸς ἀγνοῦντας ἐπαινεῖν*. Equidem intra arctum vivendi curriculum deprehendi, eos ad clandestinam promptiores calumniam esse, qui in laudando comperti linguaciores. Quo in confinio stat Oratoria: cujus hæc est ratio , ut unus idemque Busiridem & laudibus ornare & vituperio notare possit. Unde effectum ut Plato cum Dialecticam & Oratoriam sub unum revocare genus vellet, *ἀντιλογικὰς* dixerit, quod Aristoteles *δυνάμειως* voce exprimere post maluit. Hoc cum scirent Sacerdotes Ægyptii , suos olim reges laudando monuerunt. Quam vero incredibile dictu viros alioquin doctos nescire quod placuit Philosopho in morum doctrina, vulgaribus rebus congruere laudem, eximiiis honorem. Ac dirimit hanc controversiam , quod Plato omnes actiones

nes

## DEDICATORIA.

nes indifferentes esse censet, antequam suis attributis dispescantur. Nam si vera & amussitata esset laudatio, adtraheret laudum argumenta, & sic ejus qui laude ornatur, in dubium vocaretur virtus. Quæ igitur superest merita compensandi ratio? Regibus & magistratibus nulla re justius potest satisfieri quam honore. Is honor tum aliis in rebus cernitur, tum maxime in donis: non illis autem donis quibus avaritiæ gurges expletur: sed iis quæ sunt ab animo honorante profecta. Ea quandoque vilem gerunt speciem, ut cum Persarum regi malum punicum inusitata magnitudine est oblatum, & ab alio hausta manibus aqua. Ea inter munera honestissime eminent literaria. Animi quippe sunt foetus, qui animus merito divinus habetur. Solent autem qui ejuscemodi munera offerunt, tum verbis ornare, tum rebus: quod cur mihi sit impermissum, non video. Nam suffragio

E P I S T O L A.

fragio omnium, Apollonius author est optimus, ipsius optima Scholia. At ille, & ista negligentia situ exesa, falcem emuscantis poscebant instantissime. Sed nemo suscipere laborem potuit, pauci perficere. Ac quicquid hujus est mali, ex inopia codicis manuscripti existit. Quis enim tam felix sit cerebri ut, quæ ibi luxata sunt, instaurare solo animi judicio queat. Ego his omnibus difficultatibus contemptis, tandemque perruptis, ut mellitissimus videbatur author, ejus illustrationem tentavi; Latinam interpretationem, qua vix insulsius quid editum putem, mea substituenda abolevi, & reliqua exegi quæ divinum collustrare opus videri poterant. Neque vero hunc Vobis Nobilissimi Amplissimique Domini, indecentissime dedico. Nam de vestro sunt ordine qui more Colchorum ab Indis petunt aurum, & cum auro consequuntur illam toti Orbi admirabilem navigandi



## DEDICATORIA.

gandi prudentiam. Jasonis prudentiæ tribus Orbis partibus crecta sunt templa : at vix est terræ angulus in quo vitricis Bataviæ nullus sit horror & veneratio. Nautis Apollonianis perpetuo ingruerunt monstra dirissima, unde Minervæ aut Junonis vigilantia sunt liberati. Non mitiora portenta Statibus harum Provinciarum sunt pertimescenda. Ad ea averruncanda non armis modo sed precibus opus est. Nascitur hinc altera *Ἐχαισίας* occasio. Equidem semper inter eos esse volui, qui Martem Batavicum bonis ominibus prosequerentur, dum ejus sacra movetis, & nunc quoque toto Deum veneror pectore ut cum exercitu Vestro egrediatur & regrediatur, denique Vos omni rerum copia augere nullo unquam tempore desinat. Sed ut rem aliquando finiam, hoc ego Apollonianum opus cum incredibile cura & labore, quem in id impendi, Vobis lassissima manu, & quæ  
aqua

EPIST. DEDICAT.


aqua intercutem lethaliter laborat, dedico, offero, certe mitto, obsecrans ut augustos vultus vestros ad ista dignemini demittere, ut hac humanitate aliorum & quidem humi repentium vultus ad hæc tanta erigatis. Valete D. D. Nobilissimi & Amplissimi. Lugduni Bata-  
vorum xxi Januarii, anno 1641.

*Nobilissimo & Amplissimo  
Nomini vestro*

deditissimus

JEREMIAS HOELZLIN.

JERE-




JEREMIAE HOELZLINI

# ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

I'N

ΑΡΟΛΛΟΝΙΙ ΡΗΟΔΙΙ

ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.



*Non me nulla Apollonii hujus miseratio subiit, cum legerem quae sunt scripta libro quarto exeunte, αἶδε δ' αἰοιδαὶ Εἰς ἔτ' ἔξ ἔτε' γλυκερώτεραι εἶεν αἰείδειν. Hoc enim adeo non impetravie optatum hactenus, ut opus istud Argonauticum omnium immeritissimo obsolesceret, & studiosorum manibus veluti excussum, vix à paucis literaria civitatis primoribus degustaretur. Quocirca nihil hac in editione habere antiquius debui, quam ut tantum viatici praberem legentibus, quantum ad penetrandos Scriptoris hujus ἀδύτης esset satis. Scilicet praeveniendis quibusdam rebus hoc instituo agere, ut vel huic aliquis poësi restituatur honos, vel qualiscunque opera mea fructus à saeculo aequiore existimetur. Ac quoniam nominum ambiguitas ante omnia, ne impedimento sit, amandanda est, eos errare statuo qui hunc Apollonium, & alium, qui Criticus, hoc est, accuratior Grammaticus fuit, pro eodem habent. Nam ut noster suo semper cognomento Rhodius, ita alter apud Athenaeum Grammaticus vocatur. Ac ipsis his in Scholiis Criticus cum Hesiodo committitur. Hic igitur Apollonius, sicuti memo-*

\* \*

rant,

(2)

PROLEGOMENA.

rant, Alexandrensis genere, Sillei fuit vel Illei filius, è tribu Ptolymaide. Rhodius tamen nunc etiam nominatur, quia Rhodi commoratus esset diutius: ni forte hoc nominis à Rhoda traxerit matre. Caterum ea vixit atate, qua & Ptolemai regnabant, & alii sex florebant poëta; interque eos Callimachus, cujus etiam fuit auditor. Prater Philologicum studium coluit & poëticum, cujus hanc prædulcem posteritati frugem admisit. Nec tamen Aristarchus eum & Aristophanes, Critici nobiliores in ordinem poëtarum venire permiserunt: quod neminem sui temporis, ut ait Fabius, in numerum redigerent. Vel hinc scires posthumam esse gloria possessionem, nec comitari viros, sed sequi. At ne mortuus quidem multitudini magis placuit Apollonius, quam sua quidem, honestissima tamen culpa jacuit. Nempe scripsit erudite: at fere abstemium est purioris nectaris vulgus, ac descriptionis subventaneæ magis face vappaque capitur. Quare & hæc Argonautica poësis mentium duntaxat altiorum regale fuit peculium: cetera hominum secta hic quoque suum retinet ingenium. Idem namque πάραρισιν οἱ πολλοὶ quod Atheniensium oratores, οἱ τὰ μὲν ὀνόματα τῶν νομοθετῶν ἴσασιν, ἔ μὲν τοὶ οὐ νόμους. Idcirco multos hodieque reperias qui de antiquis scriptoribus largiter loquantur, quos tamen illectos in librorum suorum bibliothecis haud indiligentius custodiunt, quam pici montes aureos, qui usum ignorant auri. Menelaos esse dicas otiosis equis ἀγαθομύχης, qui equi ea de causa dicuntur ἀγάλαματῶ, Vl. δ. Huic personata doctrinæ aucupio id est affine, quod nunquam elugere perditorum jacturam librorum possumus, cum tamen superstites evolvere negligamus. Non defuere qui monumento isti primitus adolescentiam auctoris no-  
guisse traderent. Et certe juvenes Plato in Epistola 2. librorum editione prohibet: μέγιστη φυλακὴ, τὸ μὴ γράφειν, ἀλλὰ ἐκμασθεῖν. Hujusmodi quippe scripta εἰς ἀναρμοσίαν ἔ ἀπείπειαν ἐκβάλλεται, Epistola 7. Nec insulse Tragicos juvenes Ἐπιθυμίδας vocat Comicus Græcus. Hoc ubi animadvertit Apollonius, rejectaneum illud opus Rhodi elimatum in id honoris adduxit, ut magnopere abs quivis probaretur, & ipse

Vivus

Vivus Alexandrina proficeretur Bibliotheca, mortuus in Callimachi magistri sepulcro conderetur. Qua puncta nec posteritas ipsi detraxit. Idem itaque Fabius de eo, Non contemnendum edidit opus, æquali quadam mediocritate. Quamquam vero ad I. C. Scaligeri tribunal τὸ τὲ μὲν πῖπῖς, τὸ τὲ δὲ ἔχῃ· tamen ἄπῶτον Longinus fatetur. Cujus de vocis significato mox sum dicturus. Verum omnibus præstat elogiis limatissimum Maronis judicium. Cui ille quidem suorum admiratione Itatorum temulentus negat opus fuisse imitatione Apollonii; Sed refutatur eo quod omnium expositum sensibus. Neque enim Aeneis Virgiliana esset quod est, si nullus fuisset Apollonius. Quid vero? nonne operosissimus illius pugilatus in quinto peritus est ex nostri secundo? nonne Dido in Latini poeta quarto, qui egregie præter ceteros Romanis fuit probatus liber, archetypum habuit Hypsipylam & Medeam? Ille me impudentia insimulet, ego ei meis in commentariis dicam imperitia scribo, ubi & hac singulatim demonstro & multa alia tanquam fugitiva manu injecta reprehendo, & Apollonio germano heredi assero. Quinetiam οἰκονομία & præmium Apollonii Virgilius sibi, ut meus fert sensus, aptavit. Utrobique enim sunt κλέα Φωτῶν, hoc est bella & qui bella gerunt viri, vel arma & viri: utrobique est profectio, hic quidem voluntaria & honestior, ibi invidiosior & per id miserior. Cumque omnis humana sapientia princeps in quavis μετὰ Βολῆ tria vidisset, τὸ ὄ, τὸ εἰς ὄ, τὸ ἐξ ἔ, ista apud utrumque comparent. Adde quod & hic & illic pericula summatim delibantur; ac quod hic est Φάπς non minus quam illic fatum, & νεχρομαλεια sexto Aeneidis libro. Iuno præterea illic irata Aeneæ, hic Iasonis fautrix: vel ibi iniqua Aeneæ, hic Pelia. Repetitur à nostris pellis, ab illis vetus patria. Pelias oraculo exterritus Iasonem exercet: Iuno ipso cognito arcano fato defatigat Aeneam. Hac ingenua est poëtica imitationis imitatio & viro digna, nimirum ἡπείσῃς ἔ ἀνάλογον. Idcirco Dionysius apud Aelianum πᾶλιν ἔ μεγίθης, πῶ ἔ Πολυγώτης τέχνῳ ἐμίμειτο. Certe mihi ille demum erit pictor, qui diversam quoque ab ea quam cogitat effingere, imitari calleat.

Nec vulgare est Maronis artificium, qui una eademque opera & montem Atlantem & montis cognominem regem descripsit 4. Aeneid. Quanquam istius rei crassam  $\omega\epsilon\iota\chi\rho\alpha\phi\lambda\omega$  viderat apud Aeschyli Prometheum, —  $\delta\varsigma$  (Ἄτλας)  $\omega\rho\theta\varsigma$   $\epsilon\sigma\pi\epsilon\rho\chi\varsigma$   $\tau\omicron$ - $\pi\alpha\varsigma$   $\epsilon$   $\sigma\eta\kappa\epsilon$ ,  $\kappa\iota\omicron\nu$ '  $\epsilon$   $\rho\theta\alpha\nu\bar{\epsilon}$   $\tau\epsilon$   $\eta$   $\chi\theta\omicron\nu\delta\varsigma$   $\Omega$ '  $\mu\omicron\iota\varsigma$   $\epsilon$   $\rho\epsilon\iota\delta\omega\nu$ ,  $\alpha$ '  $\chi\theta$   $\Theta$   $\sigma\alpha$   $\delta$ '  $\alpha$ '  $\gamma\kappa\alpha\lambda\omicron\nu$ . Ergo interdum  $\delta\epsilon\iota$   $\kappa\alpha\tau\alpha$   $\sigma\rho\epsilon$   $\phi\epsilon\iota\nu$   $\pi\iota\nu\alpha\kappa\alpha$  tantoque imperitiores sunt quidam  $\alpha$ '  $\epsilon\iota$   $\pi\alpha\iota\delta\epsilon\varsigma$ , quorum iudicio hac imitatio circumcludenda est verborum apicibus, ut qua merissima est mutuatio habeatur imitatio. Verum hic ingens mihi & propemodum ineluctabile proponi video certamen. Negat Henr. Stephanus conferri cum Homero nostrum posse, hoc est inferiorem censet esse quam cum illo comparari ullo modo queat: Iohannes rursus Hartungus Homerum ponit post Apollonium. Sed Apollonio injuriam facit Stephanus; Homero Hartungus: utrique ante laborem feriantur. enimvero talis absoluta utriusque  $\sigma$ '  $\gamma\chi\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$  aut nulla est aut inepta est: nisi recte ab initio constituatur. accuratissima autem erit si in eo fuerit, unde poëta maxime aestimatur, quod uniuscujusque rei  $\tau\omicron$   $\delta$ ' dixit Philosophus. verbi gratia palmaris  $\delta\rho\epsilon\tau\eta$  equi sita est  $\epsilon\nu$   $\tau\omega$   $\tau\epsilon$   $\chi\epsilon\iota\nu$ . cursura igitur equi iudicandi norma est & censura. Nec tamen nulla illis pertimescende erant à voce boni insidie. quis enim tam est vecors quin bonorum, alia sciat admirabiliora esse, alia amabiliora? Si de intima poëta  $\delta\rho\epsilon\tau\eta$  quaeratur, qua efficitur  $\delta$ '  $\pi\omega\varsigma$   $\pi\epsilon\omega\lambda\delta\eta$   $\delta$ '  $\pi\omicron\iota\eta\tau\eta\varsigma$ , in solo  $\upsilon$   $\psi$   $\delta$ ' sita est, eoque incoactò seu nativo, stabit maxime poëta  $\gamma\omicron\nu\iota\mu\Theta$ , qui ex mente Scholiasta est  $\Phi\upsilon\sigma\iota\kappa\acute{o}\varsigma$   $\pi\iota\varsigma$   $\eta$   $\mu\eta$   $\beta\epsilon\beta\iota\alpha\sigma\mu\delta\iota\Theta$ . Scilicet amœnius rivi ex fontibus per vias ab ipsis inventas fluunt quam per aqueductus. Ab hac  $\delta$ '  $\Phi\upsilon\iota\alpha$  sunt vel  $\delta$ '  $\omega\lambda\alpha\sigma\iota$ , ut ait Arist. c. 17. (ubi non optime conversum bene formati, affectus cum sint natura  $\pi\omicron\lambda\acute{\upsilon}\tau\rho\omicron\pi\iota$  & versuti ad cujuscunque facti aut  $\mu\acute{\iota}\mu\eta\sigma\iota\nu$ ) vel  $\epsilon$   $\kappa\sigma\alpha\lambda\eta\gamma\iota$  (sic lego) seu  $\mu\alpha\nu\iota\gamma\iota$ . Nempe verus poëta non solum facile diffluit in  $\epsilon$   $\nu\nu\omicron\eta\mu\alpha\tau\alpha$  varia, sed bene. quod posterius illi tum demum contingit, quando hinc inconsulta mente sua, inprimis aëtrice, hinc desertis sensibus, intra  $\Phi\alpha\nu\tau\alpha\sigma\iota\alpha\nu$  se concludit totum, ut rem dicat  $\omega\varsigma$   $\epsilon$   $\nu\alpha\rho\gamma\epsilon\sigma\alpha\tau\alpha$   $\eta$   $\gamma\alpha\iota$   $\epsilon$   $\kappa\omega\lambda\eta$ -

ἐκπληκτικώτατα. Non enim ἐνάργειαν τῆ ἐκπλήξις satis accurate ἀνῆλθει Longinus, & poeta ademtam rhetori assignat, cum illa huic subserviat utrobique. est enim ἐνάργεια illud πρὸ ὀμμάτων, debitum τῆ ἐνεργείᾳ, Rhetor. 3. 11. Hoc jam ὕψος Homerus redemit supinitate & negligentia Eustath. ad Il. κ. τῷ ἐναγωνίῳ ἢ ἐννοίᾳ σχεδιάζει) qua in multiplicem Criticorum incurrit animadversionem; eodemque nostrum premit Apollonium, qui vel cum aliqua ὕψος istius jactura artem obtinere maluit. Nec rationes instituti hujus defuerunt viro. Ut enim alia natura opera redduntur utiliora, si arte attemperentur: sic somnia ista aut furores poëtici arte frenati profunt magis. quare in Ranis Aristophanis Aeschylus μάνας ἔπειθ' ἀεινῆς ὀμμάτων σποβεῖται φρενοπέκλων ἀνήρ. Euripides vero οἰκεῖα πρᾶγματ' εἰσάγει, οἷς χρώμεθα, οἷς ζύνεσμεν. ἀνθρώπειως λαλεῖ. denique λογισμὸν ἐνέδησι τῆ πίχνη. quid multa? Aeschylus dixit, ipsius judicio Aristophanis, σοφῶς. Euripides σαφῶς. ubi & hoc cursim perspicitur, quod incautiore granditatis studio periclitetur ἐνάργεια. Hanc ad rem referebat spiritus nonnihil demittere, & pedem facere: modo plerunque teneatur μεγαλοπρεπὲς ἠρώων, cuius non raro fecit Homerus jacturam. Quin ipse idem illud sibi permisit in Ulyssæa, qua hæcenus comædia quam tragædia est similior. quod enim alii judicio illius senescenti, ego maturescenti tribuo. qui statuam plus in Iliade esse ὕψος; in Ulyssæa, prudentiæ. Emergit hinc Apollonio admirabiliorem & θεωρεσιώτερον esse Homerum. cui & venerabilis per se antiquitas opitulatur, & πολυμαθεῖα & moles seu ὄγκος operis, formositatis capacior. Sed hac tabula inverti etiam potest, & quæri uternam sit prudentior seu πολιτικώτερος. Nam ut Comicus Græcus diserte tradit in Ranis iisdem, χρεὶ θαυμάζειν ἄνδρα ποιητὴν ἕνεκα δεξιότητι & κ' νεισεῖας, ὅτι βελήεις τε ποιῆμεν ὅσ' ἀνθρώπος ἐν ταῖς πόλεσιν. In hac profecto re Homerum factò ipso reprehendit Apollonius. Homerum argumenti sui pudet. Nemo enim adeo est cuculus, ut jugalis temeratricem tori eo repetere bello, quod duabus orbis terrarum partibus esset lucinosum, quam ad

supplicium abducere praoptet. Sed quomodocunque constitua-  
tur argumentum, περηγυμνίως ibi informatur princeps πο-  
λεμικός, ac potius Φιλοπόλεμος & δόρυ πνέων magis adhuc  
effertur, convenienter heroicis temporibus, quae tulerunt άν-  
θρώπους, & quae sequuntur apud Plutarchum in Theseo; qui  
rotundius Romuli & Remi studia comprehendit haec, ληϊσὶς  
ἀλέξαομαι, & κλώπας ἐλείν, καὶ βίας ἐξελέομαι ὅτ' ἀδικη-  
μύς. qua mente Aeschylus in Eumenid. Athenienses priscos,  
κελᾶθ' ὁποῖός, opinor, dixit. At licet δρευμαθείας istius &  
θυμικῆς indoles diu resederit apud Lacedaemonios, quos eo nomi-  
ne reprehendit Aristoteles in Politicis; & etiam nunc eorum amu-  
lis Romanis adhaerescat (nam & nos cum summo dolore senti-  
mus illud monarchiae ultima ferrum, de quo Daniel praedixit,  
nondum esse obtusum, aut in aratra transformatum) tamen  
mansuetiora sunt infecuta saecula, ubi & suus erat paci honos.  
cum itaque cognitum haberet Apollonius quantum δυσβουλίας  
ex perpetuo armorum furore in Iliadem irrepserit, & augustis-  
simum sumpsit argumentum, & eo pertractando ὅτ' ἐν Ἰωερο-  
χῆ etiam εἰρηνικὸς facere studuit, i. 340. qui versus Maroni  
fuit usui cum scriberet, Parcere subjectis & debellare su-  
perbos: adeoque Medeam Iasoni sociam post Palladem ad-  
iunxit.

Iam secundo loco dubitare quispiam queat, sitne πραγμα-  
τεία Homericā μύθος τελεία δῆλωσις. Facilius sane hoc cerni-  
tur in argumento precario seu μιλῶν Ἀχιλλέως, quam in πολέ-  
μῳ, hoc est bello Trojano, quod pro veriore illius argumento esse  
fatetur Aristoteles c. 23. & Horatius, dum Homerum belli Troi-  
ani scriptorem nominat. Nam ira illius principium & causa  
est Briseis erepta, medium aut effectum, barbarorum caedes;  
eventus, interfectio Hectoris. At belli exitus in Ulyssæa θ. reji-  
citur. Sed donemus hoc Homero, Aristotelis ejusdem exemplo,  
qui negat eum ὄπιχειρῶσαι ποιεῖν ὅλον, & videamus magis  
quo jure laudetur ibidem πραγματείας ordo: neque enim lau-  
datur simpliciter. Bellum illud Troianum est, ut Aelianus ait,  
μεγίστη ἰσχύς, vel ut Philosophus, λίαν μέγας (πόλεμος)  
καὶ



καὶ ὅτε ἄσώπῃ, aut si μεγέθη μετριάξῃ, κατὰ πεπλεγμένον τῆ ποιικιλίᾳ. Quocirca ut plus daret quam promitteret, tanquam facturum tragediam, unam ejus partem sumis, & ἐπεισοδίοις ἀφλαμβάνῃ, seu distendit. Ergo peccavit in præcepta Aristotelis, δὲ ἅ τὸ μίθῃς, & qua eodem in capite sequuntur. Laudatur tamen non ut artifex, sed ut θεωρέσι & ob id illex, seu ἀνυπερβῶν. Interea certum est hanc illi à necessitate extortam esse μεθοδείαν, & τὸ ἀδιάκρον sic prodesse ad ὑψηλότητᾳ, ut ne legentibus concedatur κατὰ λυμα. Nec tamen suis caret incommodis hic faciendi modus. Nam committatur eum τὸ δυσεξίτηλον, τὸ ἀσώδηλον, τὸ μὴ ἀμνημόνιστον. Vbi vero ἐπεισόδια minus sunt οἰκεία & importunius inferciuntur aut nimis longa, tum vero πεᾶξις videtur esse multiplex, & ποίησις fit ῥαψωδία, & ἡδονὴ ἀνοίκεται est seu adscita. His cum mederi cuperet poeta Rhodius, ut propria quadam voluptate miratorem suum emeret, delegit πεᾶξιν, eamque iis interstinxit ἐπεισοδίοις, qua simul aut essent ἀειπέταια, aut eas attraherent, unde sua sponte & οἶκῳ incalcesceret, & δέινωσις accenderetur, quibus, ut hic de argumenti habilitate vel admirabilitate, deque reliqua taceam machinatione, satis eos imperiose retinet, qui vel legere inceperunt. Pauca hac commemoravi, ne temerarii istius rei iudices sibi nimio opere gratulentur: reliquas Apollonii virtutes suo quamque loco monstrabo, ut appareat eum & imitatore[m] Homeri extitisse, & magistrum, & eos falli, qui putant Longini ἀπῶσιαν Apollonio attributam consistere ἐν τῷ ἀσολοίκῳ, ac Scholia nostra adversari Critico illi, quod in iis Apolloniana lexis ut solæca reprehendatur saepe. At ostensum à me itenditem quam frivola sint ista Scholiastarum censiones: & Longinus loquitur non ἐὶ ὑψῆς, sed ἐὶ μερῶν ὑψῆς. Nunc de carminis Apolloniani argumento dispiciendum. Phrixi & Helles fabulam exposui 1. 256. unde hac sunt apta. Non ita paucis interlapsis annis Pelias Tyronis Aeoli neptis & Neptuni natus, Thessalia princeps & Iolci rex vicarius Iasonem Aesonis filium, Crethei nepotem, Aeoli pronepotem, ut justiore[m] regni aviti heredem amoveat,

pellis illius repetenda gloria complet. Isque omni superata tum rei ipsius difficultate, tum importunitate navigandi, sacerrimum illud spoliū reportat in patriam. Inest huic rei probabilitatis aliquid. Siquidem in saeculo Ἰουμικῶ ob leves saepe causas magna gerebantur ira, & fortitudo colebatur praecipue; itaque si deessent certamina, ultro quarebantur. Bacchus Hercules simius in Ranis Comicis, ἐγὼ ἢ γ' Ὀξείμιω αὐτὸν ἐντυχεῖν πινί, λαβεῖν τ' ἀγώνισμ' ἀξιόν π' ὁδῶ. Inde consequentur, ut ne viderentur esse δι' ἀνάγκης ἀνδρείοι. quae civica fortitudo nominatur 3. ἡθικῶν. Lactantius libro 15. Tum inter se manus conferere caeperunt & insidiari, & gloriam sibi ex humano sanguine comparare. Adhuc compertum est adolescentes corrumpere resp. & jure quodam ablegari alio, donec honorum capaces reddantur, νῦν δὲ εὐχόμενοι εἰσοικισάμενοι. Etiam pellis aurea erat revahenda, & Athamantis ἀσπεργία expianda per Iasonem reipublicae sanatorem. Ejus enim nomen interdum ducunt ὡς τὸ ἰάσεως, quam aliorum exemplo heroum à Chirone didicerat Iason, Scholia ad 1. 553. Sed ipse in Pindari Pythion. 4. Φαμί διδασκαλίαν Χείρωνος οἴσειν. Eam Scholiasta Pindari vocat ἀλήθειαν. Alii, quorum in numero Pindarus & Xenophon, qui Chironis disciplinam fuisse autumat Ὀπιμέλειαν τῶν κωῶν & κωηγεσιῶν καὶ τῆς ἄλλης παιδείας. Postinde de Aesculapio, μειζόνων ἐτυχεν, ἀνιστάναι μὲν τεθνεῶτας, νοσῶντας ἢ ἰᾶσθαι. Plus tamen fidei Homerus meretur, qui Asclepiadis chirurgiam facit communem, Iliad. β. Ἰητῆρ' ἀγαθὸν Ποδαλείου & ἠδὲ Μαχάων. Scilicet res priscis aequae visa laudabilis facere ut sanare vulnera. Quocirca digniorem duxerunt Chirurgiam medicina morborum: quia illius in bello usus erat opportunior, nec ipsi ἐχόλαζον νοσεῖν, aut τὸ ὑπερὸν, qui morborum fomes, ἐκπονῶντες ἀνήλισκον, quorum hoc de Persis Xenophon, illud Lucianus de parasitis pronuntiarunt. Restat tamen mihi verior quaedam nominis, istius evolutio & mythologia. nam plurimi à natura homines morbo laboramus ἀβελτίας: isque periculosior est si rem tentet publicam, & eo indiget viro, qui ope Medae fiat πέλεως κακῶς βυλαομήνης

ἰατρὸς, ut ait Nicias in Thucydida lib. 6. Hac inter se sic satis consonant; adeo ut credatur hoc historicum esse argumentum aut saltem ex historia & poësi concinnatum. Mihi horum neutrum sit verisimile: qui quantum ejus cunque est, fabulosum esse statuam. Principio enim nihil extat historia verioris de heroum temporibus quod Græci diuissime vixissent ἀρχαῖοι, Iosepho testante adversus Appionem. Et Plutarchus, Τὰ ἐπέκεινα, inquit, ὅσα ἐπ' ἐχθρῶν ἢ σαφελῶσαν. Diodorus Siculus his utitur verbis, Ἰάσονα γράδομαι λέγασιν, ut ostendat rei veritatem vago hominum sermone fundari. Qui enim hoc dicunt? Græci, de quibus Pausanias lib. 9. πολλὰ πισῶσιν ὅσα ὄντα ἔδεικται. Strabo l. 8. πολλὰ δὲ μὴ ὄντα λέγασιν οἱ δόχαιοι συγγραφεῖς, σωλεθεραμῆμοι τῷ ψαύδῃ, ἀλλὰ τὸ μυθογραφίας. Qua porro Iustinus libro 42. de Iasone prodidit literis, non multum fidei merentur. Præterquam enim quod è poëtis videntur petita, ex infirmo consurgunt fundamento: dum Armenia vocabulum ab Armenio Iasonis convectorē ducitur: Cum tamen Moses id ab Aramo Schemi filio arcessat. Aequè intolerandum est quod historicus Medis dat nomen à Medio Medea filio quod sancti Propheta à Madai Iapheti petierunt filio. Sed age ostendam, si potero, hanc de navī Argone fabulam nihil nisi fabulam esse. Strabonis est l. 11. οἱ μύθοι πλὴν Ἰάσονος ἡρωικῆς ἀνιτίδρομοι. quid vero sunt fabule? Imitationes veri. Idcirco eis opponuntur ἀληθινὰ πᾶσι ab Isocrate ἐν πανηγυρικῷ fere extremo. Originem earundem incertam fatetur 2. πολιτικῶν 7. Aristoteles. Crediderim ego auctas eas esse τῆ κρητικῆς ἐν πανδήμῳ λαλιᾷ, ut loquitur Polybius. Sed argumentis rem cernamus. Vt cuiuslibet alius rei, ita poëta sua est functio, quam signavit Aristophanes, Ραῖς, βελίης ποιεῖν ὅσον ἀνθρώπος ἐν ταῖς πόλεσιν, idque δεξιότητι ἢ νεφεσίχ, ut dictum antea. Hanc δεξιότητά Aristoteles Poëtica cap. 24. his declarat verbis, ψαύδῃ λέγειν ἢ ὑπερολογίσεσθαι ὡς δεῖ. Iuvenalis cantandi verbo rem complectitur, Satyra 4. Incipe Calliope, licet & confidere: non est Cantandum, res vera agitur. Quippe τὸ ὀρθῶσαι γνώμαν ὀδωᾷ, ut est in Hippo-

lyto Euripida. bona igitur fraude poëta ulcerosos circum veniunt  
& veri fastidientes animos, ne sine qualicumque doctrina præ-  
cipites quovis ferantur. Quod & Pindarus dixit Olymp. 1. βρο-  
τῶν φρένα, Ἦπερ τὴν ἀληθῆ λόγον Δεδαυδαλμῶσι ψάδεσι  
πικίλοις Ἐξαπαλῶντι μῦθοι. Horatius mendacium vocat, Ep.  
ad Pisones, Atque ita mentitur, sic falsis vera remiscet,  
Primo ne medium, medio ne discrepet imum. Quo  
sensu ψάδεσθαι est poëtari, Plato 2. rep. Honestius dicitur ποιεῖν  
id vero in hac liberalis doctrina parte est, quod verum non est,  
fieri tamen potest, sive illo, sive alio arcaniore sensu, docendi  
causa suadere: ut mox clarescet magis. Nec abs re mihi addi-  
disse videor, docendi causa. Quippe alio saepe aliquid consilio  
ποιεῖται. quemadmodum est ποιῶν αὐτὸν βασιλέα, Ioh. 19.  
In Plauti fabulis, facio me magnum. At longius est dissitum  
quod legitur 2 Cor. 5. Τὸν μὴ γνόντα ἀμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν  
ἀμαρτίαν ἐποίησεν. Propius est notioni priori τὸ ποιεῖν quod  
Aristoteles scripsit 1. de animo c. 2. Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν  
στοιχείων ποιεῖ. & cap. 5. Δημόκριτος κινεῖ τὸ ζῶον ὑπὸ τῆς  
δριθμῆς, & εἰς τὴν ψυχὴν τὰ πράγματα πέντες. Verum  
hujus maxime loci est quod Aristophanes in Θεσμοφοριαζέ-  
σαις ait de Euripide, Πλωελόπιω ἔπώποτε ἐποίησεν, ubi sa-  
tis inepte interpres Latinus, egit; quasi Euripides τραγωδὸς  
magis fuerit, quam τραγωδοποιὸς, aut eadem sint artes, ποιη-  
τικὴ & ὑποκριτικὴ. Terentius, fecit (Poëta) servo decesse  
populum. Similiter in faciendi speciebus, Virgilius Sileno.  
Tum Phaëtoniadas musco circundat amaræ Corticis  
atque solo proceras erigit alnos. Hac commenta sua sic  
iidem tegunt poëta, ut interdum iis etiam in scriptis detegant,  
qua ad immortalitatis lauream feliciter aspirant. Poëta fuit,  
quisquis primus dixit, πᾶσι ψάδοντες αἰοῖδοι, qua incana  
paræmia usus Aristoteles lib. 1. Sapientia, c. 2. Poëta fuit, qui  
de poëta scripsit in Pseudolo, Facit illud verisimile, quod  
mendacium est. Tectior Homerus Vlyssæ λ. ubi Vlyssæ ex  
inferis resurgentem mater his dimittit verbis, Ἀλλὰ φόωςδε  
τὰ χεῖρα λιλαίεο, τῶντα ἢ πάντα ἴδ', ἵνα ἔμετόπιθε τῆ  
εἰπηθῆ

ἄπληθα γυναικί. Virgilius item postquam cecinisset, qua portata falsa exirent somnia, eadem suum educit Aeneam, lib. 6. exeunte. Cur autem ea nimis dissimularent inventa, qua tam ipsis sunt honorifica, quam turpia sunt historicis mendacia? Alcinous sane in eodem Homeri libro, ut qua sunt usitata peregrinis & planis stomachatur, ita docta & HomERICA probat. Σοὶ δὲ ἐνὶ μὲν μορφῇ ἐπέων, ἐνὶ δὲ φρένες ἐσθλαί· Μῦθον δὲ ὡς ὁ, τὶ ἀοιδὸς Ὀμηρικῶς κατέλεξας. Quo expenso, poetam Aristoteles historico quamvis vero anteponit, cum sic loquitur cap. 9. Φιλοσοφώτερον καὶ ἀσφαλιότερον ποιήσεις ἰστορίας ἐστίν. Et merito. ἢ μὲν γὰρ ποιήσεις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἢ δὲ ἰστορία μᾶλλον τὰ καθ' ἕκαστον λέγει. Hac videlicet oratio cum genere universo est junctior, Aeneas vicit Turnum: quia nullus unquam talis Aeneas, nullus unquam Turnus fuit; sed sub his nominibus à poeta confictis, aut ex historia desumptis (nam & Livius lib. 1. cujusdam Turni facit mentionem) hac sententia, ὡς ἐν ἑρμαεῖω πινί, occulitur, tandem pii superant hostes suos, quocumque res cadant interea. At singulare est, Manlius Titum filium supremo affecit supplicio. Itaque illud saepe potest accidere; hoc ne bis quidem secundum omnia attributa accidit. Denique historia, ut qua vix ad nos pertineat, vulgo auditur inutilius, fabula est fructuosior, eademque sapientior, ut dictum modo, quia plura comprehendit ὑποκειμένα, quo modo loquitur Aristoteles ἐν τοῖς μὲν τὰ φυσικά. Nemo melius rem, quam Catullus judicavit. is cum multa de Suffeni Φιλανθία memorasset, postremo eorum usum addocet, Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam, Quem non in aliqua re videre Suffenum Possis. suus cuique attributus est error. Sed non videmus manticæ quod in tergo est. Quam vero opportune Horatius, recitata Tantalii fabula, avarum invadis! Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina. quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. Aristoph. Θεσμοφορ. ubi ratio redditur cur Euripides non fecerit Penelopen, Μίαν γὰρ σὺν ἅρ' ἑποῖς τῶν νῦν γυναικῶν Πλωλόπην, Φαίδρας δὲ ἀπαξάπιας. Scilicet cavet Euripides

pides ne qua laude afficeret malas aetatis sua mulieres. Aequior hominibus Sophocles fuit. non enim eos finxit quales sunt, sed quales esse conveniebat. Ac pulcra est accommodatio poësis in Pluto Aristophanis, ubi quidam hoc dicturus, tu reus ageris, sic ποιητικώτατα loquitur, Ο' ρῶ πιν' ὄπι βήμαϊ & καθεδ' ἔμυρον, Ἰκέτηρίαν ἔχοντα, μὲ τ' παιδίων, Καὶ τ' γυναικός· κς̄ διοίσοντ' ἀνίκερος τῶν Ἡ' ερακλειδῶν ἔδ' ὀπιεν τ' Παμφίλῃ. Hujus veritatem in ipsa veritate deprehendere est. ἕως est proverbium, similitudo, parabola, carmen. à quo non longe abscedit τῆτι, ἀλληγορικῶς seu enigmatically loqui: ut unum ex altero intelligatur. Non aliunde plura colligi proverbia quam è poëtarum scriptis possunt. Nec similitudine solum crebra gaudent poëta (quo nomine Platonis stylum ὁμοιότησιν involutum reprehendere solitus Aristoteles) sed argumenta ipsa hoc tingunt colore; unde prodit αἰνιγμα. Cui lucem rei dat Sophocles in Aiace. Teucer ibi cum Menelao altercantur partim verbis communibus, partim rebus obvelatis anigmate. Atque ille, finito & applicato ad Menelaum sirpo, addit, μῶν ἠνιξάμω; & & σοχῶς παρείκασα. Recte sane. At non recte Ios. Scaliger, conjeci. Nam Deus, verbi gratia, αἰνίττεται λιμὸν Pharaoni, Iosephus conjicit. Hanc ideam ipse usurpavit plerumque Christus, & interdum Apostoli. Haud dubie αἰνιγμα est quod Paulus docet 1 ad Corinthios 1. v. 12. explicat igitur, cap. 4. ταῦτα μετεχημάτισα εἰς ἐμὲ καὶ Ἀπολλῶ. Caterum de usu fabularum Plautus in Captivis, Hæc res agetur nobis, vobis fabula. Hoc est, quemque oportet sibi accommodare, quod nos ceu verum & historicum exhibemus. Ea quandoque applicatio est facilior, ut cum Pharisei Matth. 21. ἐγνωσαν ὅτι πρὸς αἰτῶν λέγει. Plautus Stichus Actu 4. Sc. 1. oppido quam festive. Fuit olim, quasi ego sum, senex &c. Addit alius, præsens hic quidem est apologus. Aliquando difficilior est, præsertim spectatori aut lectori oscitabundo, quem sanctis illis verbis excitat Euripides ἐν Ἰκέπσιν, ἔτω παῖδας & παιδέετε, & ὦ παλαίπωροι βροτοί, τί κτᾶθε λόγους; &c. Praclare igitur Aristoteles περικλήων 5. 10. εἰ ἀληθῆ ταῦτα οἱ μυθολογῶντες λέγου-

λέγῃσι. quibus verbis in dubium vocat qua historici de Sardanapalo sunt fabulati. tum subjungit, εἰ ἢ μὴ ἐπ' ἐκείνῃ, ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ γήοιτο αὐτὸ ἀληθές. Multi videlicet in vita sunt principes Sardanapali, si Assyrus ille non extitit talis. Nec absurde Diodorus inter se opponit μυθολογίας ἔκ τε πρᾶξις ἐναργεῖς atque idem, καθόλου σὺν παλαιῶν μύθῃς ἔχ' ἀπὸ πλῆθ' εἰδὲ συμπεφωνημένῳ ἰστορίαν ἔχειν συμβέβηκεν. ἰστορία autem, utcumque decipiantur imperiti, in Scholiastico maxime sermone sonat διήγησιν fabulosam. Hinc nascitur inextricabilis illa varietas fabularum, quas si quis inter se conciliare studeat, arenas nectat. quia fabula mens ista σὺν ἔχ' ἐδραίαν πινὰ κρηπίδα, ubi animus nitatur. Atqui τὸ ἡρεμῆσαι ἔστι τὸ πλῆθος ἀγνοῖαν, Ἰπίασθαι ἢ Φρονεῖν λεγόμεθα, Aristot. Φυσικ. ἀκρ. l. 7. τ. 20. Idem Pindarus Orpheo interdum patrem dat Oeagrū, alias Apollinem: Nectar est decorum potus; ambrosia cibus. at non infimi subsellii auctores, ambrosiam potum dicunt; nectar, cibum: ut observavit Athenaeus l. 2. Sitne Procne in hirundinem mutata, an in lusciniā, ex poetis nemo distincte perceperit. Euripides cum aliis saepe statuit Helenam à Paride fuisse raptam, at in Helena Tragœdia, ejus spectrum modo Troiam venisse tradit. Ejusmodi sunt ἔκ τε ποίησι ἀποπαισμοὶ apud poetas ἔκ τε liberrime nonnunquam τοποθεσίαι: adeo ut soleant poeta τῷ ἑαυτῶν νόμῳ κατὰ λαβεῖν τὰ πεπραγμένα, ut est in Sch. Pindari ad Pyth. 3. ἔκ τε hic res est aut non est ἀλλ' τὸ κατὰ φαντασίαν ἢ ἀποφασίζονται quod alibi esse ἀποπαισμον vidit Aristoteles in περὶ ἔρμ. c. 9. quae omnia perficiunt ut, dum poetas lego, nihil esse credam id quod esse dicitur: quamvis alia sit ἔκ τε ἀγνοῖαν, ut dicam infra, ratio. Hac de causa dextre est accipiendum quod legitur in Hesiodi Theogonia, ubi sic Musa; Ἰδμεν ψαδεα ποτὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὅμοια, Ἰδμεν δὲ, εὐτ' ἐφέλωμεν, ἀληθῆα μυθήσασθαι. Quorum verborum hic est sensus, ut vel dicatur poetica aliqua fabula inter θαυμασιότητα ἢ πιθανότητα incedere, hoc est tantum ferme verisimilitudinis habere, quantum admirabilitatis; aut certe significetur, figmenta ista inter verum philosophicum ἔκ τε historicum esse interjecta. Aliter visum est aliis,

qui sic censuerunt, historias metro conditas poëseos nomen mereri, si modo mendacia allinantur, & Ἀλαοκλαί ab ἰσοεῖα distinguantur, quod voluit Strabo l. 15. At longe hoc abest à vero. Nam proclivis est hac & ad calumniam & ad adulationem via: quarum tamen illam & Xenophon ire in πειδεία quam vera scribere maluit. Cum enim Cyrus & avum maternum interfecerit, aut saltem regni solio destituerit, & ipse sit hostiliter interfectus, ut gravissimus Isocrates in Euagora & Justinus memorant: Xenophon πᾶν ἐναντίον tradidit. Quare de eo Athenaeus, ut de poëta loquitur, πειεῖ τὸ Κῦρον λέγοντα &c. At qui sic perit fides historica, & ista inter historiam & poësin media sunt scripta. ut non immerito, quamvis obscure, Thucydides lib. 1. τῆς Ἡρόδοτος τὸ μυθῶδες accuset. Quod si unquam fuisset aliqua Dido, ut tradiderunt aliqui Didonem fuisse mulierem castissimam, Virgilius magnus fuisset calumniator, qui nihil esset veritus fœmina optima urnam atroci mendacio incestare. Quocirca Homerus, dum ut μυθῶδης reprehenditur, laudatur: dum ab Eustathio & Strabone (lib. 1. qui hoc fragili nititur fulmento, ut existimet veris solum doceri homines posse; atque adeo pro eodem habet, Homerum nihil docere, & Homerum omnia scripsisse falsa, cum tamen ille etiam ἐν μύθοις διδάσκον τὸ ποιητικόν dicatur ab Eustathio ad Iliad. α.) dum igitur ab his defenditur, ut qui fabulas historiis admisceat, revera accusatur. Quippe disertim Aristoteles cap. 9. docet, ὅτι ἔ τὸ τὰ γλώσσια λέγειν, τῆς το ποιητῆς ἔργον ἐστίν· ἀλλ' οἷα αὐ γένοιτο. Atque hic frustra metuunt, ne si omnia fabulose scribat poëta, viri boni nomen perdat. Hac enim veritatis jactura magis poëtam decet, quam vel oratorem vel Dialecticum, quibus tamen veritas cordi non est. Quare prudentius de poëtis Plutarchus scribit, ὁ ἀπατήσας δικαιότερον ἔ μὴ ἀπατήσων, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερον ἔ μὴ ἀπατηθέντων: Nec illepide Eratosthenes apud Geographum, φησὶ τότε αὐ Ἄρειν πινῶν τῶ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν Ἄρη τὸ σκυτεῖα τὸ συρράψαντα τὸ τὸ ἀνέμων ἀσκόν. Itaque non temere factum ab Euripide, quod μύθους & ἔργα inter se opposuit in Cyclope. Et recte



Socrates carmen tentaturus fabulas Aesopi pro argumento sum-  
 sit. Et certe quod Homero sunt Apollo, Venus, Mars, id sunt  
 Aesopo rana, vulpes, leones, &c. Quare & noster est σκυτάλα  
 μοισάων, quam inter tres verioris poëta notas mediam nume-  
 ravit Pindarus Olymp. 6. denique recte dicitur Homerus ἀναί-  
 ρειν τὸ δεινὰ ὑπὸ Διομήδῃ. hunc vel illum interficere manu  
 Diomedis. Animadverti nihilominus ego & fabulosis poëtam  
 vera addere, & veris fabulosa. Prius illud Virgilius saepe audet,  
 ut cum apud inferos de Augusto & ceteris Romanis multa An-  
 chises prae dixit, quorum veritas in controversiam nunquam fuit.  
 Homerus quoque vera de Tychio cecinisse credebatur Iliad. η. ut  
 tradidit Herodotus, quae sunt ipsissima comœdia Aristophanica  
 incunabula. Atque huic affine est, quod Porphyrius dixit τὴν  
 Ὀμηρικὴν κατάλογον πᾶσαι περιέχειν ἀλήθειαν ἐν τε χω-  
 ρογραφίᾳ ἔτι πόλεων ιδιώμασιν, Iliad. β. de quo Schol. 2. 159.  
 Posterioris generis est, quod Virgilius ea, quae de Neatbo com-  
 memorata apud Strabonem lib. 6. & Theocriti Scholiastam ad  
 Idyllion 4. libro 5. Aeneidis, tanquam μυθώδη adducit in na-  
 vium incendio. Similiter in Scholiis ad l. 2. v. 159. Andrætas  
 fuisse laurum sua ætate in litore Amyco testatur. Inde Scholia-  
 sta aniliter conjicit, laurum eandem fuisse unde navem religa-  
 rint Argonautae: quasi non multo sit credibilius Apollonium ex  
 Andræta aut aliis hoc de lauru auditum suo aprasse instituto.  
 Ac minus foret consentaneum existimare Captivos Plauti histo-  
 riam esse, quoniam aliquando belligerarunt Aetoli cum Aliis.  
 Verum de toto Aristotelem historico argumento loqui arbitror,  
 cum ait, καὶν ἄρα συμβῆ (τὸ ποιητικὸν) ἡρόμματα ποιεῖν, ἔδ' ἐν  
 ἡτίον ποιητὴς ἐστὶ. Τῶν γὰρ ἡρομμάτων ἕνια ἔδ' ἐν κωλύει τοιαῦτα  
 εἶναι, οἷα αὐτὸς εἰκὸς ἡρόδω, καὶ διωατὰ ἡρόδω, καθ' ὃ ἐκεί-  
 νου αὐτῶν ποιητὴς ἐστὶ. Dicit συμβῆ, ut ostendat, nihil minus  
 cura esse vati, quam ut quae gesta sunt, memoret. Deinde &  
 poëtam ea tractare aliter quam historicos, declarat. Atque hunc  
 in ordinem libens recipiam μύθον ὄχι λὼ ἐξ ἰστορίας λαβόντα,  
 ut Strabo loquitur: Si modo historia sit propter antiquitatem  
 profundissimam ignota, vel, quod eodem pertinet, χερόν ἔστι  
 εἴη

εἰν βασιμῶν τῆ ἰσοείᾳ· cuiusmodi sunt quæ acciderunt κατὰ ἥρωας, & proinde fingi & diffingi, vetustatis, ut loquitur Tacitus, licentia, impunius possunt. Quam ad rem pertinent quæ tradita sunt à Platone in initio Critia Dialogi. Atque ut multa dicam paucis, verior poëta, si quid veri dicit, invitus dicit. Hac talia cum nosset Apollonius, materiam scribendi sumpsit fabulosam, aut quod plane est idem, eam, cuius aut parum aut nihil in historiis sinceris proditum. Plutarchus certe sagacissimus antiquitatis indagator vix hac de Iasone ex Clidemo eruit. δόγμα κρινὸν ἢ Ἐπιλώων, μηδεμίαν ἐκπλεῖν τριήρη μηδαμόθεν· τὴν ἄρχοντα τὸν Ἀργῆς Ἰάσονα μόνον περιπλεῖν, ἐξείργοντα τὴν θαλάσσης τὰ ληστῆρα. Aeschylus in Eumenid. priscos Athenienses, ut ruto, κελᾶθροποιὸς dixit. Πέμπασσι δὲ αὐτὸν (Φοῖβον) καὶ σεβίζουσιν μέγα Κελᾶθροποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου, χθόνα Ἀνήμερον πέντες ἡμερωμήλιω. Eurip. in Ἰκέπσι, ἥρωες κολαστὰ κακῶν, βοάθροισι, Pind. Nem. 7. Generalius de heroum veterum munere Xenophon in libro de venatione, ἐν Ἐπιδάδι εἶ τῶ συμφοραὶ ἐγγίγοντο ἢ πόλις ἢ βασιλεῖ, ἐλύοντο αὐτῆς. Sic Ἐπιδάδα ἀνίκητον παρέϊχον. Verum de Iasone sic loquuntur autores, ut rem in fabulis numerent. Aristoteles Polit. 3, 3. μυθολογεῖται τὴν Ἀργοναύτας, & sequentia. Xenophon 6. ἀναβάσεως. ἐθεώρουν τὴν Ἰασονίαν ἀκτὴν, ἐνθα ἢ Ἀργὼ λέγεται ὁρμίσσαθαι· qui tamen Iasoni in Chironis discipulis locum non dedit: ut necesse sit hunc esse, ut vocat Aristophanes, λόγον ὄντα, & fabellam ἑωλον, minimeque ab ipso Apollonio confictam. Quod nondum intellexerat Iul. C. Scaliger, cum scriberet poetica l. 3. c. 96. Euripidem se eo defendisse, quod Phadras non finxerit, sed quales quales fuerint ostenderit. Nam sic se munit Tragicus, ut dicat fabulam illam spurcam non ab se sed aliis esse confictam. denique ante bellum Trojanum fuisse Iasonem & Peliam aliosque Minyas, ex Homericæ poësi apparet. Quamvis enim neque hac vera fuerit navigatio, neque ullum unquam bellum Trojanum extiterit; hac tamen tempore distingui & etatibus possunt: siquidem in mendaciis quoque aliquis esse ordo potest. De bello illo ut sic statuam, tum ea me movent qua  
modo

modo ex Aristotele attuli, tum autoritas Isocratis, qui sic in *Euagora* scripsit, ἔτω πνὲς δυσκόλως τεφύκασιν, ὥστε ἡδίων βίλογυμνίων (paulo ante, ὑμνεμνίως dixerat ἢ τραγωδμνίως) ἀκείν, ὅς ὄκ ἴσασιν εἰ γόνασι. Designat autem orator, ut est in antegressis, οὐτὸν ᾧ τὰ τρωϊκά, οὐτὸν τ' ἐπέκεινας γρομνίως. Eisi autem illud peroiμιωδῶς dictum videri potest, tamen dubitationis & ignorantia esse constat. Aristoteles quoque *Ethic.* 1. 9. ἐν ἡρωικῆς μυθώετω ᾧ Πελάμω. Quod vero Dictys se scripsit bello Troiano interfuisse, id facilius crederem, si non fuisset Cretensis. Itaque sane ridiculi sunt, qui tempora sic supputant, ut bellum istud gradum eorum faciant; cuius opinio diuturna maxime τοῖς ᾧετηλαῖς, ξεναγωγοῖς, perducătoribus est rescribenda, de quibus Lucianus in *Φιλοφάδει*, qui in belli Troiani fabulam suavissime lusit in Gallo, ibi: πόθεν ἐκείν (Ὀμηρ) ἡπίσαλο, ὅς γρομνίων ἐκείνων κάμηλ ἐν Βάκλροισ ἰῶ; &c. Eustathius quoque de ejus belli veritate dubitat *Il.* ε. ubi ᾧ ναυαῖθμω.

Haecenus de autore ejusque praestantia, de argumenti item fabulositate actum: consequens est ut stratum poëmatís, & praecipuum poëtae consilium, quam Graeci signatius θεοαίρεσιν dicunt, inquiramus. Ac velim principio separati cogitatione materiam à proposito generali, quod vocatur σκηπὸς κεφαλαιωδέα. Homerus, exempli gratia, quemadmodum in *Ione* monuit Plato, λέγει ᾧ πόλεμω, & ᾧ ὀμιλιῶν πρὸς ἀπλήλως ἀνθρώπων ἀγαθῶν τε ἢ κακῶν, καὶ ἰδιωτῶν & δημοικργῶν ἢ ᾧ θεῶν πρὸς ἀπλήλως & πρὸς ἀνθρώπων ὀμιλάντων, ὡς ὀμιλῶσι καὶ ᾧ ἔρανεῶν παθημάτων, ἢ ᾧ ἔν ᾧ δα, καὶ γνέσεις ἢ θεῶν & ἡρώων. De eodem in *Ranis*, χρεῖς ἐδίδαξε. Τάξις, ἀρετὰς, ὀπλίσεις ἀνδρῶν. Juvenalis haec praefert: Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. Homero & Apollonio commune est hoc generale tractationis stratum: nisi quod nulli hic, ut in *Vlyssæa*, ἰδιωτῶν sermones leguntur. Animadverto praeterea utrobique peccati quidem, sed ita ut principes plerique retineant θεοαίρεσιν

καλῶ. Bene vero, quod poëta non imitari audent optimos, sed βελτίονας duntaxat, Poëtica cap. 2. Siquidem vix reperitur χερσί τε καὶ ποσὶ νόω τε τετραγώνῳ, & difficilima ejus foret imitatio, minusque esset fidei habitura. Verum quia heroës isti inhumana quadam fuerunt virtute insigniti, aliquis eos absolutissima präditos existimet fuisse. Quod tamen à vero est alienius. Nam triplex est omnino virtus, ea videlicet quæ perfecta videri queat. Prima est πειθαρχία, quam Xenophon in de rep. Laced. appellat δρετὴν πολιτικὴν, Aristoteles 5. ἠθικῶν, δικαιοσύνη. ubi fatetur quidem esse δρετὴν τελείαν, sed quatenus foras spectat πρὸς ἕτερον. At qui sit ἀπλῶς perfecta quæ, si νόμος sit ἀπεχεδιασμένῳ, improbitatis multum contineat, præsertim in aliqua πονηροπόλει· aut si maxime sit ὀρθῶς κείμενῳ, illa magis cernatur in factis quam θεωρητέῳ. Secundo loco δρετὴ ἠθικὴ pro perfecta se offert. quæ si sit genus, hoc meretur nominis, non item si ut aliqua ejus seorsim forma sumatur. Verum ista, uti dixi modo, non ita commode potest exhiberi. Tertia restat, quæ ὑπὲρ ἡμᾶς δρετὴ, πριωτέρων δρετῆς, ἠθικῶν 7. 1. quam errabit si quis τελείαν habeat. Nam neque θεωρητέῳ constat magis quam δεία πινὶ μοίρα, neque sustentatur prudentia cumulatiori. Vnde accidit ut fortissimi quique heroës tam ferrei sint ad φοβερά, quam fiunt κήρυνοι, ut Plato ait, ad voluptatem; & ut periculosius quam ceteri & atrocius impingant, simul atque mentis ipsorum, tanquam Solis est facta defectio. Ac scite Aristoteles ἠθικῶν 6. αἱ φυσικαὶ δρετῆ (sub quibus non ἀφιλοσόφως virtutes istas augustiores stare posse judico) ἀνδρῶν βλαβεραὶ φαίνονται ἔσται. Ac tales nimis sæpe viri extrema pati coguntur: ut Seneca in Medea fabula ostendit, ubi omnium Nautarum exitia enarrantur. Nec tamen continuo arguendi sunt improbi, si non sint, instar Antilochi, ἀμα κρηλεροὶ καὶ ἀμύμονες, de quo Vlyssæa γ. imo sublimioris radios virtutis vel media in morte solent diffundere. Quid vero quod magnam sæpe infortunii sui partem non culpis suis heroës, sed aut regibus debent aut populo, quorum neutri ferre exuperantiam possunt?

Politic. 3. 9. Non infitiabor interea plurimos extitisse qui sola hominum opinione, ἐπαίνοι νόμῳ, absque diviniore cultu virtutis hunc sunt in ordinem recepti. Quam rem sic tradidit Aristoteles poetica c. 13. μῦθῳ μεταβάλλει ἐξ ἀτυχίας εἰς δυστυχίαν μὴ ἀφ' ἀμοχθηρίαν, ἀλλὰ δι' ἀμαρτίαν μεγάλῃ ἢ οἷς εἴρηται (Ἰπιφανῆς) ἢ βελήονῳ μάλλον ἢ χείρονῳ, si modo ei contigerit ἢ παθεῖν δεινὰ ἢ ποιῆσαι. Quae non Tragedia solum, sed ἐποποιίᾳ conveniunt etiam. Stratum contractius Homericæ poëmatis est Achilles, Apolloniani Iason. quippe uterque laudatur, cum ceteri commemorantur modo. Iasonis itaque commendatur maxime consilium, fortitudo, praque omnibus aliis virtutibus pietas, ad quam ceu caput aliquod totam ipsius reducit felicitatem. Usque adeo verum est quod scripsit Aeschylus, δεινὸς ὁς θεὸς σέβει. Livius, omnia secunda colentibus deum, adversa spernentibus. Non autem pius sit, qui cum vir summae esset autoritatis, animum ignotam humeris suis per torrentem vehementissimum transportavit? cuius fabula filia, quae de Aenea patrem per ignes bajulante circumfertur narratio. Nec movent me Xenophon, Pausanias, Aelianus, alii, qui ejus aliquid pro historia obtrudunt, inducunt, credo, summa fabula salubritate. Livius admittatur facilius, qui de effugio Aenea: Satis constat, Troia capta in ceteros saevitum esse Troianos, duobus, Aenea Antenoreque, & vetusti jure hospitii, & quia pacis reddendæque Helenæ semper autores fuerant omne jus belli Achivos abstinuisse. Sed tempus est ut accingamur ad curam operosiorum, atque ex Argonauticorum poëtarum pectoribus eruamus ἀργαίρεσιν. Divitias olim ante inventum numi usum ex ovium & pecudis gregibus fuisse aestimatas, & etiamnum lana ovium vix quicquam esse ad colendam vitam opportunius plerique novimus. Inde sequitur ut pellis aurata sit aurum aut instar auri. Argumento sic fabula pervetus, quae attingitur ab Euripide in Oreste. — χρυσέας εἰς δόνος Ἡλυθε Τανταλίδαις. Athenæus l. 6. πῶ ἂν τῆως χρυσίῳ ἄρνα, πῶ ἂν γέγονασιν ἡλὶς τὲ ἐκλείψει & βασιλέων μεταβολαί, ἐπὶ τῷ τραγωδίας

δίας ἢ πελὴ, Φιάλιω δὲ γινώσκον Φησὶ γεγονέναι Ἡρόδωρ & ὁ  
 Ἡρόκληώτης. Succinit Herodoro Pindarus Olympion. 7. Φιά-  
 λιη πάγχευς & , κερυφὴ κλεάνων. Tanto credibilior ea est  
 sententia, qua heroës isti spe potiundi auri ad navigandum ex-  
 citati fuisse existimantur. Cui & Seneca accedit in Medea, Ex  
 opibus illis, quas procul raptas Scythæ Usque à peru-  
 stis Indiæ populis petunt, Et quas referta vix domus  
 gazas capit (Ornatus auro nemora) nil exul tuli. Ille  
 igitur Argonautas dicit raptores externi auri, & pellem,  
 prædam spoliūque aureum. Concordat Iuvenalis, alius  
 furtivæ devehat aurum Pelliculæ. Nec dissentit Strabo  
 l. II. Παρὰ τῆσιν (Σόασιν) λέγεται, ἃ χρυσὸν κατὰφέρειν  
 οὐδὲ χειμάρρους· ὑποδέχεσθαι δὲ αὐτὸν οὐδὲ βαρβάρους  
 Φάτναις κατὰ τετυμμηδαίαις & μαλλωταῖς δορυῖς. ἀφ' ἧ δὴ  
 μεμνηθεῖσθαι ἢ τὸ χρυσομάλλον δέρας. Non habet nihil colo-  
 ris hoc Ἰππικίον, quo procluserunt fabulam ex historia. Sed  
 mihi res profundius videtur esse defixa, qui norim poëtas non  
 multa λέγειν ἐξ αὐτοπαθείας, ἵνα ὁ ἀναγνὼς μὴ γνῶ. Ac  
 perquam scite Aristophanes ἐν Ἐκκλησιαζῶσιν, Σμικρὸν δὲ  
 ὑποθέσθαι τοῖς κριταῖσι βάλωσθαι, τοῖς σοφοῖσι μὲν τῶν σοφῶν  
 μεμνημῶσι κλίνειν ἐμέ· τοῖς γελῶσι δὲ ἠδέως, ἀφ' ἧ γέ-  
 λων κλίνειν ἐμέ. Et certe conspuenda sit hac poësis, si auri sa-  
 cram sitim cieat solum, qua nihil in vita tetrius aut noxium  
 magis: Quocirca tendendum ulterius. Inditum Iasoni nomen  
 οὐδὲ τὴν ἰασίν, qua quadruplex est, corporis, animi seu affe-  
 ctuum, mentis, ac totius reipublicæ. De prima nihil Apollonius,  
 nihil ceteri scriptores Argonautici prodidere: secundam ubique  
 præportat Iason, sive sui sit ipsius rex constituendus sive civium.  
 Nam πάθη, ne mentem obnubilent, ejusque impediunt κά-  
 θαρσιν, ante omnia sunt ad serenam temperiem redigenda. Sci-  
 licet ut per μόριον ψυχῆς Ἰππικίον radiare lumen pru-  
 dentia evaleat. Iason igitur ex antri Chironii umbra dimissus  
 recta petit regnum, sed intempestive. Nam umbratilis ista phi-  
 losophia κάθαρσις quidem ψυχῶν est habita, & Diogenes se  
 παθῶν ἰατρὸν censeret voluit: tamen pluribus oportet admini-  
 culis

culis sit effultus qui: *ᾧ τὸ κάλλος τῆ βασιλείας ὀφθαλμῶν.*  
 Ac similis est res ut in officiis nauticis, ubi primum fiebant *κωπιλάται*, tum *Ἰπιδάται*, tum *κελάται* sive *πρωρεῖς*, tum *ἀρχοντες τοῖχος ἐκάτερπ*, tum *κυβερνήται*, tum *τριήραρχοι*.  
 Quocirca jubetur Iason navem ingredi, & in negotiorum mare se immittere, usque dum preciosos inde *ἐμπειρίας* & *φρονήσεως* thesauros colligat. Belle enim Comicus Græcus, ταῦτα μὲν *πρὸς ἀνδρὸς ἐστὶ πολλὰ ᾧ πεπλοῦστος*. Et sane per ardua res est in ipsa *ἐμπειρίας* palaestra voluptatibus obniti intercutibus, tumultuosos animi motus edomare & ad auream mediocritatem usque subigere, imperiosis denique nec tantum imperiosis quantum contagiosis improborum capitum exemplis tuto enavigatis patriæ fieri compotem. Hac de causa poëta *γνώμοτιπ* in *Φαντασίας* incude fabricatur linguaque attonita *περὶ ἑὶ* modo *Harpurias*, interdum *tautos ignivomos*, nunc *Gigantes*, nonnunquam *segetes virorum hastatas* aut *Charybdes* aut *Sirenes* aut his alia monstrosiora. Neque enim alius est ortus quo *Theseus*, *Hercules*, *Vlysses* deducti. Nempe, ut ait *Plato*, *καθαρμὸς ἀλγῆς* ἄλγεινός ἐστι, ac quo praesentior est medicina, hoc plus doloris affert. Ad hac igitur superanda vehementer pertinet *Medea*, ac vel nascens quadam *ἄβελία*, qua suo acquisito robore ipsum tandem prudentia aurum avellat, & commune bonum procuret. Perhibetur hac philosophia, sed invito *Aristotele*, & veritate. Verissima siquidem *θεωρία* non in *πρακτοῖς* aut *ποιητοῖς*, ut rebus mirifica variationi obnoxiiis cernitur, sed ἐν *ὑποκειμένῳ* aterniore. Quanquam enim nondum desinunt οἱ *πολλοὶ* tribuere philosophiam in contemplatricem & aëtricem: tamen ignorant se τὰ ἀφ' ἐνὸς afferre pro speciebus. Vera autem & *κρείως* dicta philosophia est, desinente *Aristotele* 2. *τῶ μὲν τὰ φυσικὰ*, cont. 5. *Ἰπιστήμη τῆ ἀληθείας θεωρητική*. Ea sublestissima est veritas ἐν *πρακτοῖς*, certa in substantiis natura constantibus, certior in caelestibus, certissima in ente absoluto, longe certissima in absolutissimo, qui est Deus. Loquuntur hoc idem *Orphei cantus* 1. 496. *Chlamys Iasonis*, 1. 721. Qua de pauca in praesens intertexam. Non suus fuit

Iulius Scaliger cum reprehenderet hanc Chlamydem, quasi nihil olim commercii fuerit Musis cum Marte; nec meminit Νεσοειδᾶ κῶλιχα calis fuisse & astrorum imitamentum. Iliad. λ. Priscos sane heroico saculo homines philosophatos fuisse qui negat sic falso negat, ut eos etiam sincerius & frugalius de rebus cogitasse existimem: propterea quod librorum & commentationum mole animi nondum demergebantur, sed iisdem rebus meditando iudicii maturitatem consequerentur felicius. Cui rei vel istud πείρισμα sit argumento. Hominis animus sanatur philosophia: ea vel in rerum contemplatione subsistit, & jure habetur σοφία, denique ἐστὶ τὸ Ἰησιμὴν καὶ ὑπὲρ τῶν πρῶτων τῆς φύσεως. Hac sola acquiesceret animus, si esset solus, nec corpus secum traheret: Illo enim statu animus degeret inviolabilis, & in se αὐτίρα. At corporis causa mens illa divina incipit esse θεωνομική, ne societas hominum ad injuria propulsionem & indigentia levamentum quasita, in exitium definat. Illo praeterea modo animus vivit θεῶς hoc, ἀνθρώπων, utroque τὸ τε ἐξ ὁδοῦ μόνως. quare sapientia imprudens plus habet admirationis quam laudis; impia contra & ἀσοφία prudentia merito ducitur lusciosa, utpote quae ad σοφίας lucernam nihil acute cernat, & vesperi, illa mortis umbra ingruente, omnino cacutiat. Quocirca peropus est ut homo, maximeque princeps animum super hac humana exertet, atque causam illam causarum Deum in hac formarum benigniorum & prope innumerabilium diversitate evestiget. Hoc significari eo videtur quod Pallas Iasonem principio ad operum divinorum meditationem, quae est mera sapientia, excitet. Perillustre autem Dei opus est & θεοποιίας divina vestigium, quod mundum non modo creavit καὶ, hoc est novum produxit, sine ulla interpolatione (sic enim videtur Paulus ad Gal. 6. interpretari, cum nominat καὶ ἐν κλίσει. non enim est ἀπόλοιωσις recreatio illa mystica, neque forma ex materia habilitate hauritur, sed caelicus infunditur) verum etiam usque conservat, & homines monstrosos per quos non stat quo minus omnia in chaos confundantur, perdomat, & meteora aliaque φυσικά in eorum perni-



perniciem dirigit; ut non adeo sit mirum, cur Deus principes veros cum tanta habeat cura, tum suo vocabulo dignetur, quasi & ipsi sint quidam mundi sospitatores & atlantes. Nam verissime Aristoteles, ἐκείνης (σοφίας) inquit, ἕνεκα Ἰππικῆς (ἢ Φρόνησις) ὅσα ἐκείνη, & in Psalmis principes jubentur osculari Filium. Theologia enim est vera Philosophia, sed revelata: Atque hoc primum esto: unde fit ad ἀνθρώπινον descensus, nempe τὰ κακὰ ἢ ἀγαθὰ ἀνθρώπων, quæ dispicere & σοχάζεσθαι vel præcipuum est prudentis munus, cum ἐξ ἐμπειρίας mens evadat βελβλήκη· ἐμπειρία autem cum γνώσει sit, quæ viridi alitur memoria. quandoquidem πολλά μνημῶν ἔωπτα πράγματ' & μιᾶς ἐμπειρίας δυνάμιν ἀποτελεῖσιν. Ideoque prudentia oculis Iasonis subjicit μνημόσων & veluti farraginem rerum humanarum, in quibus ipsi καὶ λογισμὸν sit versandum: & cum illius animus anxia in Chironis secessu ad honestum, virtutem, & σκοπὸν ὀρθὸν seu χρηστὴν προαίρεσιν esset directus, nunc τὰ πρὸς σκοπὸν gubernare Φρόνησις incipere, & ut est apud Thucydidem, μὲν κινδύων τὰς μελέτας ποιῆσαι monetur. quod est ἐκμελετᾶν τέχνῳ. Hac Iason via laudabilis eris rex, hoc est ἰατρὸς πόλεως, & Ὀὐρα. Nam ὑγαίνειν καὶ Ἰππὶ Φρονήσεως πρῆσιν οἱ μετ' Ὀμηρον Ἀπικῆ. Cum itaque ἴασις ista vel maxime sit conspicua in cultura mentis contemplatricis, & hoc ob meritum sapientia dicatur & Theologia, (quemadmodum Sacra Aegyptiorum Bibliotheca hoc fuit olim Ἰππικῆμα, ἸΑΤΡΕΙΟΝ ΨΥΧΗΣ.) mihi hic, opinor, licebit perquirere quæ sit certa & solida hominis salus, quo ea ordine nobis contingat, quibus denique modis olim ejus sit infuscata doctrina. Quas antequam res aggredior, duo quadam hominum genera, ne mihi obstrepant, abire hinc jubeo. Priore continentur qui solum Christi censent Novum Pactum juventuti esse concedendum atque proponendum, unde Græcus sermo discatur; reliqua poetarum monumenta gustare impium, lunonem verbi causa non deam nuncupandam sed mulierem. At hi tam sinistre sancti homines non meminerunt à Spiritu Dei sapissime usurpari gentilium deorum

vocabula. Aliter mihi infesti sunt illi, qui per ludum in carminibus suis invocant deos istos, atque adeo alludiant spiritibus impuris; parum memores ejus quod scriptum Exodi 23. 13. & alibi. His duabus tertia est adnata secta, eorum videlicet quibus religio est tractandis profanis autoribus admiscere quid de legibus Christianorum: adeo ut malint videri docti, quam esse pii. Nam persuasum habent mentione Christi decus Styli sui destorari: quod multi eorum qui quæ religionis sunt docent, ab elegantiori eruditione parum sint parati: ac ipsi vereantur subinde ne ladant ἐπεποδοῖξες, unde aliqua gloria calamitas sit pertimescenda. Quamobrem aptissima saepe afficiuntur poena, quando Christum amittunt penitus. Alius fuit Isaacus Casaubonus, quem infelicibus illis vana gloria sititoribus præcipue opponere habeo. Minime omnium autem hic mihi vitio potest verti quod sacra his consocio. Nam utraque sunt ὁμογενῆ, & simul doceri gaudent. Siquidem falsa religio vera est quamvis degener filia. Nec alia magistratione consultum iri τῆ ἐρημικείᾳ & ἀεθρώσῃ potest. Poster. ἀναλυτ. l. 1. c. 1. Sed ad rem propius. Vera hominis beatitudo ab initio constitit in imaginis Dei gestatu. Genesis 5. Deus creavit hominem  $\text{בְּתַבְיִת} \text{ אֱלֹהִים}$ . Ea  $\text{εἰκὼν}$  enitebat in cognitione &  $\text{θεωρήσει} \text{ θεῶν ἐμμέσῳ}$  (nam ne Adamus quidem vidit Deum nisi per Dei opera, Job. 1. 18. Genes. 2. 19. & 23.) unde pendebat cum perfecto Dei amore castissimus ejus cultus, imperium præcrea in omnes res & animantes, denique sincerissima animi serenitas; ut taceam de intelligentia vocum belluinarum, serpentis, verbi gratia, cui non prabuissent aures, si portentose esset locutus. Haud paulo illustrius erat ἀπαύγασμα θεῶν in Angelis; qui justius quam homines nomen filiorum Dei possidebant: quippe spirituales erant & toti immortales: cum homini esset elementaris & destructibilis moles corporis appensa. Interea utrisque inerat quidem honoraria ὑπόμνησις & ἐπαινώδης, sed simul arbitrium parentiæ & imparentiæ, & natura labilis, hoc est talis, ut, nisi summo studio præcaverent, de suo dignitatis gradu excidere possent. Quapropter longissimo intervallo infra filium Dei sedebant, qui  
solus

solus est Deo ὁμοῦσι & σωαίδη, & αἰλωτάτη imago  
 Patris. Hunc ordinem ἀναποδείκτω Dei voluntate sancitum  
 princeps rupit Diabolus cum bene magna ὑποστάσεως societate.  
 Nam concepta invidia flamma sciens volensque indixit bellum  
 veritati, & unico veritatis assertori Filio Dei, Ioh. 8. quod ex-  
 tremo demum die cum inconcussa Dei gloria finietur, Psal. 110.  
 Ac irreparabilior istorum erat salus: quoniam de inviolabili  
 Dei justitia, si resarciretur illa, & honore erat detractura. Ergo  
 deturbati calo & in ἄβυσσος seu Tartarum sunt relegati: sic  
 tamen ut permissu Dei in aërem, & calum ipsum subinde re-  
 mearent. Iobi 1. Marci 5. Sic igitur depravatus à se ipso Sa-  
 tanas & bellum continuat & hominem rebellionis facit confor-  
 tem. Videbatur tum actum esse de gloria Dei opificis, & fru-  
 stra conditum hoc universum. Etsi enim in Adami culpa plus  
 esset aliena quam sua voluntatis; tamen solidissime verum jam  
 tum erat quod legitur Psalmo 5.  $\nu\gamma\ \eta\eta\ \alpha\lambda$ , hoc est  $\pi\iota\varsigma\ \nu\theta\iota-$   
 $\nu\omega\nu\iota\alpha\ \Phi\omega\tau\iota\ \pi\epsilon\upsilon\varsigma\ \sigma\acute{o}\tau$ ; 2 Corinth. 6. Quocirca eo res  
 fuit reducta, ut hominem & homines (communis enim omnium  
 est conditio) recta in Tartarum sequi impuros spiritus oportere-  
 ret. quod fuga sua Adamus tacite prodebat, Gen. 3. 8. Multo  
 enim minus homo suarum reliquiis virium redire ad Deum po-  
 terat, quam aliquis, qui ex abruptissimo promontorio in mare  
 precipitat, in medio lapsu revertatur eo unde deruerat. Atque  
 is tunc erat Satana furor ut speraret se in invidiam adducere &  
 in culpam pertrahere ipsum quoque Deum posse: qui non indi-  
 gebat quidem simpliciter celebratione nostra sed postquam nos  
 produxerat. Si enim per facturam suam dedecoretur, miser  
 quodammodo, & imperfecti editor operis videri queat. Sed  
 latuit Apostatarum ducem consilium Dei, qui decreverat ostende-  
 re publice & misericordiam suam & iram. ad Romanos 9. Id-  
 circo quemadmodum materia interdum ex obverso ad solem  
 speculo, sic ibi misericordia Dei intuitu filii exardescit. Ideoque  
 ostenditur Adamo liberatio, inicitur fedus, quo Deus ultro se  
 adstringit homini, ut is Deo se obliget. Cavetur eo federe ut Deus  
 homini redonet vitam, si unus aliquis homo existat unquam,

qui ἄγ & illud & luem absoluta omnibus numeris obedientia tollat, Rom. 5. 18. & 19. Et quia homo purus putus ne versura quidem facta ἄγ & potest expiare, ipse Filius Dei promittitur federis sponsor & consummator. qui ob id Iesus dictus, quod esset ἱατρός & expiator. Hac enim ponuntur ἐκ παρρησίας, ut 2 Chronic. 30. v. 18. & 20. 733 & 837. Hic igitur erat veluti hominandus, Ioh. 1. 14. ut homo divinaretur, 2 Petri 1. 4. ac infinities plura quam amiserat reciperaret. Pro pardeſo enim calum & propinquissimam σωοικείωσιν θεῶ, seu contubernium Dei consequitur, Ioh. 14. 2. qui status multo melior est beatorum statu Angelorum. Ioh. 1. Genes. 6. Nec vero hic Deus quicquam facit essentiali iustitia sua alienum, qua fit ut nullo pacto absolvat fontem, Exodi 34. 7. Non enim divellendum, quod ibi antecedit, condonans iniquitatem: & sic misericors est Deus ut iustitia nihil derogetur. Est igitur clementiæ quod Deus fontibus gratuito prabet sospitatore; iustitia, quod punit Christum, hoc est exigit ab eo obedientiam & λύτρον, Iesaiæ 53. At is, dices, erat insons. Erat insons & impeccabilis; sed quia erat homo, peccati hætenus consors habebatur. 2 Corinth. 5. ἢ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. Vbi vigilandum animo pio ne imperite aut irreligiose accipiat τὸ ποιεῖν, quasi perpeſiones Christi solummodo sint ὑποχαμμὸς recte toleranterque vivendi: quomodo Aeschylus fecit Prometheum hominum causa cruci affigi, ut nihil non pro rep. sufferendum esse sciretur: aut veluti Euripides fabula Alceſtidis, qua pro marito fingitur mori, conjugalem nobis amorem commendat. Magno mercetur hoc Satanas, ut pretiosissimum Christi ἀντίλυτρον in tragicum vertere ludum possit. Hac igitur Dei, ut sic loquar, iurisdictione media est inter clementiam absolutissimam & ἀνελεθοδικαίον (quorum neutrum cadit in Deum, præcipue si genus humanum consideretur ut non est distinctum inter electos & reprobos, Rom. 11. v. 22.) & mera est Ἰπείκεια, quam recte Aristoteles 5. ἠθικῶν propriam viri boni esse docuit. Atque hic primus salutis est gradus, quo id obtinemus ut ne simus aut habendi simus iniusti.

Qua vis redundat à sacrificio & morte Christi, quam fide nostram facimus, Rom. 4. 25. Idque sacrificium  $\alpha\lambda\omega\phi\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu$ ,  $\lambda\omega\phi\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu$  Apollonio, 2. 487. maxime cernitur in eo, quod Christus humani generis causa passus est vinciri se, condemnari, & in crucem agi.  $\Sigma\pi\acute{\iota}\lambda\omega\sigma\iota\varsigma$  mactata hujus victima in hoc consistit, ut illibata federis fide instructus ex crucifixo ac mortuo Christi corpore à Patre caelesti omnium ignoscentiam peccatorum consequaris (quod religionis Christiana caput concessit Christianis Theodosius apud Zosimum.  $\chi\rho\iota\sigma\tau\iota\alpha\acute{\nu}\omega\nu$   $\pi\acute{\iota}\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$   $\epsilon\pi\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\acute{\iota}\alpha$ ,  $\sigma\tau\alpha\upsilon\tau\acute{\omicron}\varsigma$   $\acute{\alpha}\mu\alpha\rho\tau\acute{\eta}\mu\alpha\tau\omicron\nu$  &  $\epsilon\pi\acute{\iota}\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$   $\acute{\alpha}\sigma\epsilon\beta\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma$   $\acute{\alpha}\pi\alpha\rho\lambda\alpha\gamma\acute{\eta}$ .) qua res dicta Synesio  $\Phi\omicron\iota\beta\alpha\sigma\mu\acute{\omicron}\varsigma$   $\epsilon\lambda\lambda\eta\varsigma$ , prout saepe maluit  $\pi\lambda\alpha\lambda\omega\nu\acute{\iota}\zeta\epsilon\iota\nu$  quam  $\chi\rho\iota\sigma\tau\iota\alpha\acute{\nu}\iota\zeta\epsilon\iota\nu$ . At homo talis Iesaja 42. 19. vocatur  $\alpha\lambda\omega\phi\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu$ , quod expositum varie. LXX.  $\acute{\omicron}\acute{\alpha}\pi\epsilon\chi\eta\kappa\acute{\omega}\varsigma$ . Versio vetus, qui venundatus est: recentior, donatus pace. Alius, cui perfecte retributum est: quod cum illo  $\acute{\alpha}\pi\epsilon\chi\eta\kappa\acute{\omega}\varsigma$  concordat. Ego esse putem, pro quo solutum est precium,  $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omega\theta\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ . Nam perinde est ac si ipse accepisset  $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omega\nu$  & persolvisset debitum. Verum quia non-injustitia etiam brutis est & lapidibus communis, & is pauper esse potest qui nihil debet: idcirco summe necessaria est  $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omega\sigma\iota\varsigma$  seu instauratio justitiae amissa, &  $\kappa\alpha\iota\nu\eta$   $\kappa\lambda\iota\sigma\iota\varsigma$  seu  $\acute{\alpha}\gamma\iota\alpha\sigma\mu\acute{\omicron}\varsigma$ . Ac necesse est ut etiam hac ex victima adtrahas succum  $\zeta\omega\omicron\pi\omicron\iota\delta\omicron\nu$ , quo exusciteris magis magisque ad vitam spiritalem. Qua res signatissime docetur & fit usu Sacrosanctae Christi caena, ubi modus quo increscimus ipsius corpori, &  $\kappa\epsilon\iota\nu\omega\nu\acute{\iota}\alpha$  illa  $\mu\upsilon\sigma\tau\epsilon\rho\acute{\iota}\omega\delta\eta\varsigma$  plenissime certioratur, 1 Corinth. 10. & in Evangelio cetero. Ac mihi semper probatum est quod prisca Latina Ecclesia hanc in rem cecinit. O sacrum convivium, in quo Christus sumitur; recollitur memoria passionis ejus; nobis pignus datur. Vbi ab hac nativa simplicitate est discessum, subnata sunt sophismata & monstrosa distinctiones, quae denique disidia Ecclesiae olim componebantur caritate, hac extincta linguarum adminiculum desiderare videbantur. Ac licet hac sit restipulatio nostra, Baptismo obsignata: tamen Spiritu Christi calitus demisso non indiget minus quam prisca federis sacrificia igni, quo idem

Spiri-

*Spiritus Sanctus figurabatur. Cum itaque obedientia nostra perfecta nunc esse nequeat, sincera tamen & ardens ut sit oportet: quoniam respondet sacrificio  $\sigma\upsilon\lambda\lambda\omega$ , Levitici 3. Unde colligo  $\epsilon\nu\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\iota\varsigma$  & instinctus Spiritus Sancti rem etiam esse Novi Testamenti: Quod aequae nunc manca sit voluntas nostra ad hanc Deo praestandam obedientiam, & Spiritus Sancti monita proh dolor audiamus  $\epsilon\delta\delta\acute{\omicron}\sigma\eta$   $\Phi\rho\epsilon\nu\acute{\iota}$ . De quo etiam Ijobus conqueritur cap. 33. Secundum  $\pi\alpha\lambda\iota\gamma\tau\epsilon\nu\epsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$  hujus instrumentum est verbum Dei pie fructuoseque lectum aut auditum.  $\acute{\alpha}\gamma\iota\alpha\sigma\omicron\nu$   $\acute{\alpha}\upsilon\tau\acute{\eta}\varsigma$   $\epsilon\nu$   $\tau\eta$   $\acute{\alpha}\lambda\eta\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha$   $\sigma\alpha$ .  $\acute{\omicron}$   $\lambda\acute{\omicron}\gamma\omicron$   $\epsilon$   $\acute{\omicron}$   $\sigma\acute{\omicron}\varsigma$   $\acute{\alpha}\lambda\eta\theta\epsilon\acute{\iota}\acute{\alpha}$   $\epsilon\sigma\tau\iota$ . Ioh. 17. Tertio in genere sunt  $\mu\alpha\sigma\iota\gamma\acute{\omega}\sigma\epsilon\iota\varsigma$  omne genus, ad Hebr. 12. 6. & seq. In quibus eminent quod peculiariter vocatur  $\mu\alpha\rho\tau\acute{\upsilon}\rho\epsilon\iota\omicron\nu$ , ut equidem capio quae scripta 1 Petri 4. quia in eo quoque aliquid est divini  $\kappa\epsilon\acute{\iota}\mu\alpha\lambda\omicron$   $\epsilon$ , v. 16. Neque hinc excludam mortem ipsam, cujus beneficio eximus à nobis ipsis, & peccare dediscimus penitus: ut haud verissimus sit Christianus, qui non omnibus horis mortem intrepide excipere potis est. Nisi cui desint hac adjumenta, res est oppido facilis, 1 Ioh. 5. 3. Videlicet lavis obsistere cupiditatibus, temperare ab aliorum injuria, non ulcisci injurias, ac eas potius libenter promteque condonare deprecantibus, aut saltem earum desinentibus: dura sunt omnia, sed non  $\acute{\alpha}\delta\omega\acute{\iota}\alpha$   $\epsilon$ . Etsi enim nullus est ingentior  $\theta\epsilon\omicron\sigma\epsilon\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma$  obex, quam  $\theta\lambda\acute{\iota}\psi\epsilon\iota\varsigma$   $\pi\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}\iota$ ,  $\delta\iota$   $\acute{\omega}\nu$   $\delta\epsilon\acute{\iota}$   $\eta\mu\acute{\alpha}\varsigma$   $\epsilon\iota\sigma\epsilon\lambda\theta\epsilon\acute{\iota}\nu$   $\epsilon\iota\varsigma$   $\tau\lambda\acute{\omega}$   $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\acute{\iota}\alpha\nu$   $\epsilon$   $\theta\epsilon\omicron$ ,  $\Pi\epsilon\tau\acute{\rho}\acute{\omicron}\varsigma$ . 14. tamen Dei cognitio, & qui ex eo jugiter profluit amor Dei, nec non datum à Deo gratis perseverantia donum ad superandum omne malorum genus satis sunt superque efficacia. Rom. 8. 35. & seq. Hujus jam rei fructus insignior duplex est, resurrectio lata minimeque  $\kappa\alpha\lambda\eta\Phi\eta\varsigma$ , Petri 1. 4. 13. &  $\epsilon\psi\iota\varsigma$   $\theta\epsilon\omicron$ , in qua consistit vita aeternum beata, ad Hebr. 12. 14. Ut ex adverso qui vel fastidiunt sacrificium Christi, vel ipso indigne vivunt, ad mortem resurgunt immortalem, & perenne exulant à conspectu Dei, qui nunquam desinet ab eis exigere  $\lambda\acute{\upsilon}\tau\epsilon\rho\nu$  vel minimi peccati, idque per tortores illos Orcivos, Matthaei 18. 35. Huic geminae merces pietatis privilegio  $\theta\epsilon\omicron\sigma\alpha\gamma\omega\gamma\eta\varsigma$  cumulatur, ut liberrimus ad ipsam*

ipsam Dei majestatem munitissimusque sit aditus. Ad Ephesios 2. & 3. & firma impetrationis stet fiducia. Iob. 9. 31. Atque hic est finis Sacrificii Christi, & ob id pluris est quam fides efficacia mortis ejus. qua fides mirum acquirit ἐξ ἀγασμῶν robur. Nam omnino πᾶσι absolute sapiens est qui Dei observat praecepta, Deuteron. 4. 6. eademque sapientia arbor vita recuperabilis est, Proverb. 3. 18. Etiam haec perverti per publicum propemodum sed pestilentissimum errorem solent. Itaque libentibus omnes cordibus admittimus concionem de gratia & omnium remissione peccatorum: sed oppido pauci θεοσεβείαν exercemus sincere: quoniam ut καλῆγορευκῶς dictum sumimus, quod est 1. Iob. 1. τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀμαρτίας. Sed omitimus illud, ἐὰν ἐν τῷ Φωτὶ περιπατοῦμεν. Quod non sic dictum velim, quasi vis Sacrificii Christi non pertingat ad eos, qui ex infirmitate aut affectu pravioe etiam foedissime delinquant. Nam hi quoque piabilem bonamque conscientiam redintegrant, quoties ad perennem illam gratia scatebram recurrunt, animumque memoria peccatorum punctibus ulceratum offerunt Deo. Quin imo gratiores Deo sunt tales, quam qui sanctitate sua fidunt nimis. Sed illi duntaxat, qui ex hujus sacrificii petulante contemtionem peccant, ex vero dicuntur defectores, & insanabili mala conscientia morbo tenentur. Verum ista quomodo sint à profanis depravata, deinceps dicendum. Diogenes olim ingressus balnea immundiora, quasivit, οἱ ἐνθάδε λούμενοι πῶς λούονται; Quod in totam gentilium religionem merito torqueatur. Principio enim homines χερειέτεροι semper statuerunt unum Deum; licet hoc raro fuerint professi. Ideoque relinquit illis Paulus Rom. 1. τὴν γῶναι τὸ θεόν quod est agnitionem Dei unius: quoniam ἀσύνετα sunt dicere Deum, & deos uno plures. Quocirca dii Homerici ad Iovem sunt ἄδαιοι, non ἀδαιοί 11. 9. de cujus intelligentia scriptum accurate à Porphyrio in Isagoga cap. 3. §. 5. Nec vero amissus omnino fuit providentiae divinae sensus. De vita casibus Aeschylus Prometheo, Ἄδᾳ μοι τορῶς τέκμηρον, Ὅ, τι μὲ ἐπαμυδίη, παθεῖν Τὶ μὴ χεῖν. Postremum de fati necessitate Aeschylus, ἐν Χοηφόροις, Τὸ μὲν σι-

μόρσιμον ἄ τὸν τ' ἐλάττερον μὲν, καὶ τ' πρὸς ἄλλης δεσπο-  
 τέρημον χερὸς. Quae omnia misbitant, qui sapiunt, & ἀνδ  
 μεμψιμοιρίας quasi τελεσφορῶσι, quodcunque βίῃ χῆμα in  
 hoc μυελάνδρῳ θεάτρῳ, sive μακρᾷ πομπῇ, sibi imponi sen-  
 tiunt. Quod proclive quidem factu in solito & equabili statu;  
 Sed imprimis curandum, ut, si opus sit, Polyxenam imitemur  
 Euripideam, qua Πολυξὴν πρὸνοιαν εἶχεν διαχῆμως πεσεῖν,  
 tum ut ἀψοφητὴ jaceamus videndum, & queamus & πρᾶττειν,  
 si non liceat & τυχεῖν, denique ex quocunque fortuna corio ele-  
 gantem suamus calceum. Adhuc magna hic est cautio, vigilans  
 provisio, ut ne, si erigamur, subvolemus. Quae ut culpari potest  
 stoliditas, ita nimia prudentia vicina est ἀθεότητι, quod sapiens  
 Aeschylus in Prometheo docuit. Quod si quis hac vita praecepta  
 fastidiosiore animo repulisset, eum vel νεμέσεως & ἀδρασείας  
 metu, vel διὸς νεμέτορ &, ab insolentia revocare sunt conati.  
 Atque hoc rem modo putarunt profana sapientia cultores. In  
 divinis literis duo quadam sunt fato seu providentia Dei sanc-  
 ta, quae nemo unus queat eluctari, ἀπὸ κειται τοῖς ἀνθρώποις  
 ἀπαξ ἀποθανεῖν, μὲν ἢ τῷ κρείσσις, Heb. 9. Quod Apollonius  
 dixit, μὲν 1. 6. id Apostolus eodem plane sensu dicit, ἀπὸ κει-  
 ται, hoc est, μορσιδίων ἐστιν, ut loquitur Pindarus, vel μόρσι-  
 μον, ut & Theocriti in 7. Idyllion, & Aeschyli Scholiastes in  
 Septem exponunt. atque id ipsum est Ijobi 15. 20. anni ἰουδα.  
 Interea animos τῶν πολλῶν ubertim inundavit superstitio & πο-  
 λυθεότης, quae publice sanciebatur non minus quam fortitudo,  
 amor patria & similia. Eam ob causam in Euripida Hecuba di-  
 citur, νόμῳ σὺ θεὸς ἠγάμεθα. & Aristoteles τοπικῶν 1. 11.  
 εἰ σὺ ἀπορῶντας πότερον δεῖ σὺ θεὸς πμᾶν, καλᾶσεως  
 δεῖσθαι. Cui affine est quod haeretici etiam nunc existimantur  
 ad supplicium esse ducendi. Πολυθεΐας haec videtur esse origo.  
 Quicquid est indigitamentorum sive ἐπωνυμιῶν, ut Aristopha-  
 nes appellat, quibus omnis Deorum turba & farrago gaudet, à  
 variis Dei unius viribus primitus manavit; quem sub tot no-  
 minum involucris nefarie coluerunt; adeo ut in stupidissima  
 καλειδωλοτάτων Atheniensium δεισιδαιμονίᾳ tamen ara  
 ἀγνώστῳ



ἀγνώστῳ θεῷ erecta steterit. Et Seneca lib. 4. Benef. tot appellationes Dei possunt esse, quot munera. Exinde, ubi infinitam esse vim Dei perspexissent, hoc invenerunt difficultati remedium, ut unum eundemque demonem diversis fatigandum functionibus censuerint. Quam in rem Scholiastes Hesiodi, ἔκαινον Δαφύροις ὀνόμασιν τὸ αὐτὸν παρ' ἡμῶν καλεῖσθαι πρὸς τὰς Δαφύρας αὐτῆς ἐνεργείας ἀποβλεπόντων. Et Aeschylus postquam matrem Prometheo dedit vel Themis, vel Tellurem, θεμὶς καὶ γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία. Alii non tam πολυθεοὶ ὀδίο, aut pudore ἔγνωσαν ἔθεον, quod in se vigilare sensissent, quam τὰ διο τερατολογίας ποίηται, hominum affectus in Dei solio collocarunt, ὅ, ut ait Theodoretus l. 1. περὶ θεολογίας, τὴν μὲν ἠδονίω, Ἀφροδίτῳ ὀνόμασιν. Ἄρεα ἢ τὸ θυμόν· τὴν ἢ μέθῳ, Διόνυσον· Ἐρμῆν ἢ τὴν κλοπῆν· τὴν ἢ φρόνησιν, Ἀθηνᾶν. Plato in Critia qui περὶ γνῶσεως θεῶν est Dialogus, rem altius repetit, atque adeo σὺν περὶ τῶν ἀγαθῶν ὄντων, quos dicit παλαιῶν, πολίτας ἀγαθῶν ὄντων, Deos fuisse autumat, aut certe θεῶν ἄνδρας, quibus praesideret θεὸς ὁ θεῶν ζῶν. Quorum ἔ virtutes ἔ in rebus invenendis solertia mire ibi commendantur. Ab his degenerarunt parentibus filii, hac occasione. principio dii isti mulierum mortalium amoribus irretiti, genus imparibus connubiis contaminarunt. Quod nominatim ibi de Neptuno asseritur. Sed cum jam progenies ista à rerum divinarum contemplatione ad curam rei familiaris converteretur, ita obtritum est verae religionis sensus, vix ut σιγηταῖα de ea ἀνοῦα remanserint. Postremo rebus ad vitam necessariis abunde jam suppetentibus, μυθολογία, ἀναζητήσις τε τῶν παλαιῶν, μὲν ἁπολλῆς ἅμα ὅτι τὰς πόλεις ἤγεχεσαν. Quae omnia Sacra pagina consentanea esse vel cecus viderit. Nimirum hypocrita pios suos avos divinis honoribus sunt profecuti, ne quis miretur deos istos dici οὐκ ἔστιν, Psalmo 106. ὅ, qui 2. Petri 1. γινώσκοντες θεῶν κειμένων φύσεως, apud eos Plato ait remansisse θεῶν φύσιν· ceteris τὰ τῶν παλαιῶν ὀνόματα ἅνθ' ἔργων ἀποσεσῶσθαι. Sic in risum paulatim evanuit ἔ ludibrium religio vera, imo religio quacunque. Imaginem

Dei

Dei qua prae-fulgebant πρῶτισι, dixit Plato ὁμοίωσιν Θεῶ, in Theaeteto, Alcibiade 1. & alibi. Tullius vertit similitudinem Deo. de qua etiam in Minoë, νεμεσᾶ ὁ Θεός, ὅταν τις ψέγη ἢ ἑαυτῷ ὁμοιον. ἐστὶ ἢ ἄτ' ὁ ἀγαθός. De hominis porro conditione qua ante rebellium illud fruebatur, tennes solum umbra visuntur in profanorum scriptis, maximeque in Platonis Politico, ubi primos homines sub rege Saturno ait φύεσθαι γη-χρῆεις, & alia ibi: τὸ δ' οὐδ' ἀνθρώπων λεχθῆν, &c. quibus affine est quod de colloquiis hominum cum bestiis, αὐτομάτω βίῳ, ξυμποδηγίῃ Θεῶ. & ibi, & in Critia loquitur. At omnis memoria Filii Dei fuit oblitterata; & ἀποκαλῶν πνυ-μάτων ρᾶνα sub involucro ποῆτικο servata, apud Hesiodum in Θεογονίᾳ, & de seducto homine garritur in Pandora dolio, 1. Ἐργων. Vtcunque igitur se comit sapientia humana, & in γνώσει ἀληθείας fingit, reapse ἀθεότης est & mera σκηθία, in-fernique vestibulum: quoniam nullum nisi ἄτεκνον Deum no- vit. Ab hujus miserrimæ cacitatis culpa longissime abest Deus, ac fons illius monstratur Iohannis 1. Lumen, seu Filius Dei φω-τιζέ πάντα ἄνθρωπον, &c. sed non omnes illuminari se in ne- gocio ὑποθεσίᾳ patiuntur, praecepti amore σκέψης, cap. 3. Quo- circa pertenuis est ista Dei cognitio, & talis, ut ad germanum ipsius cultum nullatenus sufficiat, Rom. 1. 21. Nam universe quo major est notitia Dei, & Domini Iesu, tanto fervidior & purior cultus, ipsaque adeo in proximum caritas. Hac igitur Agathia vox, Θεολογία ἐστὶ πρᾶγμα μόνῳ τῷ ἀγνοεῖσθαι θαυμαζό-μενον videtur de pietate vera trophaum constituere. Nec mi- tum, si nequierint profanae gentes rerum essentias ad λόγον Θεῶ, ἀναλίειν. At qualis est ἀπόδειξις, talis est & λόγος ἰστίας- imo hac duo sola Θεοὶ inter se differunt, Analyt. post. 2. 10. Quas igitur Philosophus asserit ἀμέσως esse δρχαίς, ea Theologicae sunt adhuc ἔμμεσσι. ἄμεσον, verbi gratia, habetur, ἀνθρώπου, ζῶον λογικόν· sed demonstrari amplius potest à fine, Quia de- bet homo agnoscere Filium Dei, extra quem ut nihil est veri, ita omnia falsa & tenebricosa. Πολυθεότης secum trahit ma- gicam, cuius cum Orpheus perhibeatur cultor magnus, pauca



hujus leva sedulitate primum esse vulgata, qua de Apolline & Musis, variisque eorum locis apud poëtas feruntur. Quo illum merito credat aliquis à Pindaro παρτερε ἀοιδᾶς esse appellatum. Apollo Pythius qui fuerit, ex ejus legato cognoscitur, de quo in Περίξεσι, cap. 16. Πύθων enim nomen habet ab utre & utero mulierum, unde sunt edita oracula. Scholiasta Aristoph. Ἀπυθῆλαι μύθαια vocat, Hebraice תרביא. quod tanto libentius retinuerunt Græci, quia affine est τῷ πυθῆδω. Nec discrepat Musarum nomen, quo μῶσαι tanquam μάσσαι, indagatrices rerum abstrusarum, eos qui immoderata sciendi cupiditate tenentur, tanquam suspensa hedera illiciunt. Quapropter sub Apollinis, sub dearum & Musarum appellatione immundos delituisse genios crediderim. Plenissimus certe numinis veri David. Psalmo 96. asseverat deos gentium esse res nihili. hoc est, interprete Apostolo, 1. Cor. 10. δαμνῶντα, ac insignis est ibi vocum παρήχης οὐκ ἔστιν & ἡβῆ. Equidem cum lego qua de primo suo cum Musis commercio refert in Theogonia Hesiodus, actutum in memoriam revocantur, qua in Demonolatria Nicolai Remigii traduntur. Musa Hesiodum truculentius adoriuntur, dant illi ῥάβδον δαφνίνην, minantur vel dira vel praeclara, noctu choreas ducunt in montibus, qua fieri eadem ab immundis spiritibus ajunt, cum homines vivos videntesque in suum adoptant sodalitium, ut quidem accurate & ἀξιόπιστως eo libro traditur. Ac memorabile imprimis est, quod Hesiodus suum illud σαῆπρον θυητὸν esse gloriatur. Sic videlicet defector ille spiritus Ἰπὶθῆσιε vocationem Mosis, ubi peraeque virga armatur vir sanctissimus. Quod in iis numero, qua Aegyptii magi prestigiis suis voluerunt imitari. Itaque, ut Pausanias refert lib. 9. de Hesiodo, ἐπὶ ῥάβδω δάφνης ἦδε, Homerus itidem fœmina divina & venefica ῥάβδον tribuit Vlyss. x. unde ῥάβδωδοι οἱ καὶ ῥάβδον φερίζοντες. Certe ex Lauro erant ῥάβδοι ista, & dicebantur αἰσαυροί, quod efficacitate divinandi pollere crederentur, & tum Apollinis tum ceterorum ariolorum insigne essent, Calius Rhodig. l. 3. c. 7. & l. 4. c. 29. Quam conjuncta autem fuerint μαντικὴ & μαγία inde perspicitur, quod

Proteus & vates fuit & magus; quia sese omnes in formas vertere quivit, & id elogium à Virgilio est consecutus, quod sibi dedit ipse Hesiodus. Tiresias certe vates ab Oedipode rege irato apud Sophoclem magus nominatur: ubi etiam apparet jam tum quidem probrosam fuisse magiam: Quae tamen, ubi à veneficii culpa aberat longius, admirationis plus peperit quam execrationis, quod erudite demonstratur Apulei Apolog. 1. Hinc colligi posse arbitror, praecipuos veterum poetarum vates fuisse μασομαάντες, tum magos, imo sortilegos & λυκάονας. Quam in sententiam eos ituros spero, qui Homeri νεκρομαντείαν, & Theocriti Virgiliique Φαρμακείας intelligunt. Vbi imprimis Arcades celebrantur, ut etiam Pausanias tradidit lib. 8. In iis & Orpheum fuisse ajo, eodem adstipulante, lib. 6. ubi etiam Aegyptius perhibetur, cum vulgo Thrax habeatur. Certe ab Aegyptiis Graeci suxerunt cum fabulis superstitionem, ut luculente demonstratum à Diodoro. Erat enim Aegyptiorum celebris orbe toto sapientia, & ipsi Iesaiā 19. gloriantur, אֲנִי סוֹפִיִּים, sum filius sapientum. cap. 19. v. 11. Hoc è nido igitur prodierunt alii, ut Cabiri, Musaeus, Zoroaster, Baris, numero tres, quos imperite Theodorus Gaza Bacchas convertit in Problematis Aristotelis, & reliqui egregii καθαρευτήν seu θεωροί,furtivis insigniti nominibus ἡρητ aut etiam ἡρητ, quorum altero mundities significatur, seu καθαρευσις, altero forma: Quia lustratione efficiatur ut sordibus remotis res ex se ipsa cernatur & placeat Deo. Eiusdem est generis praeter victimas sufficitus, quo etiam ante quasunque preces utebantur. Aristophanes in Ranis. Ἰθὺν νυν λιθανωλὸν δευρόπις καὶ πῦρ δότω, Ὅπως αὐτὸ ἔξωμασθὲ τῶ σοφισμάτων, Ἀγῶνα κείναι τὸνδε μασικώτατα. Is namque sufficitus sanctò sermone erat ἡρητ, unde καθαίρω. quod ad ipsam quoque suffitam sive adolitam hostiam aut rem sacram aliam notandam adhibitum. Verum omnia ista Christi interventoris spe amissa non fuerunt modo εὐεργετα & ociosa, sed & impia, & κακλιερέσεως alienissima: quamvis omnem in eis ponerent salutem, ut à me expositum pluribus 1.917. Comicus idem in Ranis, Μόνοις γὰρ ἡμῖν ἤλιθον καὶ φέγγον ἰλαρόν

ἰλαρόν ἐσιν, Ὅσοι μεμυήμεθα, &c. *Quamobrem cum ignorarent mysterium ἐνορακώσεως, & crucem Christi, quam perpetuo derident, tamen, quod admirabile est, retinuerunt ἀντίτυπον, sacrificia videlicet & τελείας cassumque eorum fructum, qui erat impurus ἀγνισμός. Nec aliud quicquam οἱ χειροτονηθέντες ὑπὸ τῶ σατῶνᾶ ἱερεῖς darent: qui cum esset ὡς ἀληθῶς ἀπόλων & τῷ assumfit titulum φοίβας, quasi ex omni immunditia lacuna verus φοιβάσμος obtineri queat. Quare omnes illos Diaboli satellites Christus κλέπας vocat & ληστὰς, Ioh. 10. Alius ἀγνωσίᾳ θεῶ fructus post πολυθείαν & δαιμονολατρείαν est εἰδωλομανία· qua eo usque progressa, ut non solum dii stercorei, sed verus etiam Deus in hominis aut alius rei imagine celeretur: cum tamen nihil sint, quam materialia simulacra. Filio Dei ignominiosius. Interim res est mira, quod plerique sacrorum ritus ab ipso Deo delineati tantis in tenebris inde ab ultima usque antiquitate obliterari nequierint. Quo nomine utilia sunt ejusmodi scripta, si maxime à pinguiariis nonnullis contemptui habeantur. Ac quoniam res illis tam ardua continguntur, Apollonii quoque opus etatem tulit tantam. Quod si pateris, lector, in causas perennitatis monumentorum istorum paulum divertere minime pigebit. Duæ omnino sunt res ob quas ποῆταrum scripta à suis autoribus ita amantur: quarum una quidem per omnem rerum naturam vagatur, altera vero ποῆταrum privata est & sua. Principio igitur factus ingenii ποῆτικῆ multo est & divinior & formosior, quam reliquarum opera artium, qua tamen omnia diliguntur à nobis, quod in eis nos vivere credamus. Nec enim certius est vita, imo βιώσεως & vitalitatis nostra argumentum, quam ἐνέργεια, cujus impressi extant in opere aliquo characteres. Huc adde, quod operando aliquam Dei similitudinem induimus, in quo adeo nihil est otii potentiave, ut recte dicatur ἐντελέχεια & αὐτόταλ &c. Propius autem, quam ceteros φιλέργως à Deo abesse ποῆταν id signo est, quod ne sanctissimi quidem homines Deum vocare ποιητῶ verentur. Quippe Deus facit ut res, qua non sunt, vere sint; ποῆτα contra facit ut, qua res non sunt, vere esse videantur.*

Atque

Atque ut in factu Deum procul poëta, ita in amore sequitur, quamvis ista vatum ποιήματα sint umbra duntaxat rerum veriorum, & saepe parum habeant concinnitatis. Iam qui amat, cupit, quod amat, esse, quemadmodum docuit Filius Dei Ioh. 3. εἴτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸ κῶσμον, & ἵνα πᾶς ὁ πισθῶν εἰς αὐτὸν μὴ ἀποληται, ἀλλ' εἰχὴ ζωὴν αἰώνιον. Cur vero hic prohibear ad omnis honesti amoris & σοφῆς scatebram ascendere limpidissimam? unde hauriunt aperto ore animi, & qui opera sua amant, & qui sanctis copula maritalis igniculus perterritantur? Atqui mitissimus humani generis sospitator toties se ipse sacratioris catus sponsum appellavit: ut quo sit erga fratres animo aperiret penitus. Itaque poëta opus suum esse, seu quod pane est idem, διαίώνιον esse cupidissime expetit. Ac quoniam tria fere ad rei cuiusque constitutionem pertinent, materia, forma, utriusque nodus, huc toto pectore adspirat poëta γονιμώτερον & quia suis viribus modeste indubitat, numen aliquod, quantum maxime potest, Lucretii exemplo studet socium scribundis versibus esse. Eodem consilio primum quantulacunque capax avitatis argumentum circumspicit, tum idem illud repperit in partes diducit, easque erudite pertractat. Quemadmodum in hoc Apollonii poëmate, tanquam in Pactolo quodam, plurimum liberalium doctrinarum aurum volvi animadvertit, qui vel mediocri intelligentia instructus, ad illius lectionem accesserit. Hanc autem ad rem Musarum imploratur auxilium, & universa ingenii supellex advocatur: idque vel ab initio, vel in scruposis rerum antiquitate obsitarum salebris. Ac multo operosius est, quod de tribus illis secundum erat, forma decente res inventas digestasque ita animare, ut emergat ὕμνον & δόκιμον. imo vix parabile est aut venale opibus humanis. quemadmodum & in iis quæ natura constant, forma θεῖον ἐὶ ἀγαθόν dicitur 1. Phys. τ. 81. Tanto quinetiam longius solet abesse, quanto sollicitius ambitur & queritur. Ac nisi omnia videantur esse αὐτοφύη, φωνή desinit esse ἐπίμερον, ut appellatur à Theocrito, Ed. 8. Terentius Andria: Paulum interesse censes, ex animo omnia, Ut fert natura, facias, an de industria.

Hac de causa odimus formæ mendacia, formæ, ut sic dicam, nativitatem aestimamus: quæ non est simplex Φυή, sed Ὀφύες & δεξιὸν & ἡθὺς & ἐπαγωγὸν, & σερόμυθον τὸ κάλλος, δέλεός ἐστιν ἄνδρα ἀγχιτέρη νηχόμενον, ut scripsit Eustathius. ne quis hoc me velle putet, ut statuam impolitiora poemata, esse laudabilia: quo jure Ennius quoque Virgilio anteponi queat. Alius mihi sensus est, videlicet industria lucem naturæ fulgure hebetari oportere, atque adeo studendum esse, non ut absit artificium, sed ut ne promineat, aut videamur κατ' ἐπὶ βασιλίσσειν nostra, ut est in Comico Græco. quod mihi esse videtur quasi carminatim & puerili diligentia tornare versus, nisi sit forte, de verbo, quæ gravior est Ἀφροδίτη, & exprimitur alibi, ἐπὶ κατ' ἐπὶ. Quanquam vero nullo proprio hac res nomine fruitur: tamen à nonnullis genius appellatur, in quibus est Martialis, qui sic scripsit alicubi, Victurus genium debet habere liber; à Lucretio, Musæus lepor. Dionysius Halicarnassensis in περὶ σωφροσύνης ὀνομάτων dixit ἀφροδίτῳ. idcirco Lucretius idem in invocatione Veneris, — æternum da dictis diva leporem. Nec inficete χέραι nominatur. unde natum Luciani, Critici sat nasuti præceptum, μάλιστ' χέραι καὶ σαφιλεία ἦε. Pindarus χέρην ζωθάμιον dixit, nec invitis Gratiis. Hac enim potissimum efficitur, ut aliqua carminum, atque adeo librorum vivacitas sperari queat, quando illa ὑπερείδοντι λίθῳ μοισαίῳ. Idem rem totam arcto verborum gyro comprehendit Olymp. 6. Αἰδοία ποτὶ Στάζῃ χέραις Ὀκλέα μορφάν. Et brevius in Theogonia Hesiodus, Πὰρ δὲ αὐτῆς (μύσαις) χέραις, καὶ ἡμερῶ οἰκί' ἔχουσιν. Subservit his quod Longinus nihil non tribuit τῷ ἔψῃ, & Dionysius Halicarn. τῇ σωφροσύνῃ ὀνομάτων. Atque hoc dicitur in cibatu Achillis ἄλς θεῖον, Νηρέως videlicet, de quo Iliadis 1. Tertio continetur utriusque prioris societas & contubernium, & amica conspiratio, ad quam reliquæ omnes poetarum spes ferri solent: licet eorum aliqui usque adeo sint modesti, ut hujus ipsos cupiditatis suppudeat. Quam verecunde Maro — si quis tamen hæc quoque, si quis Captus amore leget! At alibi optata sua in promptu gerit.

Primus



Primus ego in patriam mecum, &c. lib. 2. Georg. Timidiuscule Horatius, Quod si me Lyricis vatibus inseris Sublimi feriam sidera vertice. Hujus immortalitatis nomine litera poëtis singulariter sunt concessa, cum philosophari sine scriptura feliciter sinceriusque possimus, si Platonem in Phaedro audiamus. Nempe qui viris adhuc poëtis livor undiquaque obstrepit, eosdem à funere permittit esse vocaliores, nec operibus vere poëticis ita nocet avum, ut picturis fumus & situs. Quocirca Horatius animosior, in fine lib. 3. Exegi monumentum ære perennius, Regalique situ Pyramidum altius. Fidentius adhuc Naso canit, absolutis μετὰ μορφήσεσι, Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas. Adeo viri summi cognitionem suam reflexe cognoverunt. Nec tamen continuo est elinguandus poëta, si scriptura ipsi concedatur, & errat late, qui poëticam esse tacitam vult, ac vocem, vultum, gestum non habere, denique sermone duntaxat scripto mores actionesque humanas exprimere. Nam & componi carmina & recitari & eterna esse queant, si satis sit tenax hominum memoria, quamvis nulla unquam litera essent reperta. Nec video equidem quid sententia ista relinquat τοῖς ὁμηροῖς αἰς & aliis, ῥαψωδοῖς, quorum erat ἀπὸ σώματος εἰπεῖν. Itaque cordatior Aristoteles, qui τῆ ἐποποιίᾳ non vocem adimit, sed κίνησιν, cap. 26. adeo ut palam cognoscamus eam, ut ita loquar, ῥαψωδικῶ, de qua in Iove Plato, veluti interjectam esse inter histrionicam & ἐποποιικῶ. Et hac, reor, ratione, cognoscitur, quam vere sit de Musis dictum à Theocrito, Id. 10. ὧν γὰρ χ' ἀψείθε θεαί, καλὰ πάντα ποιεῖτε. Sed alterum eorum quæ proposui expediendum restat, ac reddenda brevi ratio cur hunc potissimum autorem declarare institerim: tum qua spe hoc laboris susceperim. Qui scriptores antiquos anteferunt novitiis mihi plus sapere semper visi. Sunt enim illi ditiores rebus cognitu dignis, ὄσων οἷς σφετέρης λασιωτέρῃ δένος. Atque è vetustis magis placent qui parcunt immensis librorum molibus. De quibus εἶπεν & Callimachi hymno Apollinis, ὄκ' ἀγαμέψ' ἀοιδὸν ὄς

ἔδ' ὄσα πόντ' αἰεὶ δ'. sed eleganter ibi refutatur exemplo Eu-  
 phratis. & divinius ab Ecclesiasta cap. 12. v. 14. Nempe odio-  
 sius reserminant se libri, nec ullus est scribendi pudor. Atqui scri-  
 bacitas garrulitate est tetrior: cum ista in auras vanescat, illa  
 distendat Bibliopolia, & ad exenteranda saepe marsupia sit, quam  
 erudiendos alios accommodatior. Illa praterea scripta justius po-  
 stulant explanatorem, quæ nullum antea sunt nacti. Non enim  
 imprudens habendus pater Socratis Xenophontei, qui filium ὄσα  
 εἶα χῶρον ἐξεργασμῶν ὠνεῖσθαι, &c. Hæc cum omnia in-  
 sunt Apollonio, tum inprimis fuerint nobis instar foliorum Si-  
 bylla: nobis vero? imo ipsis interdum Scholiastis: ut apparet le-  
 genti. Nam vulgare quidem de Scholiis nostris iudicium est, prin-  
 cipem iis isto in genere locum deberi: sed hoc eos laudis non sem-  
 per tueri, ostensum à me est in Commentario. Supervenit Scho-  
 liastis ex longo intervallo Iohannes Hartungus, qui se ratus lin-  
 guam Græcam pœticam intelligere probe, immani quidem sed  
 infelici ausu, Apollonium Latino sermone reddendum sumpsit, &  
 illa tamen versio Græcis Apollonii versibus est apposita in novio-  
 re Pœtarum omnium Epicorum editione: ne barbaries occula-  
 tur magis quam alatur. Isti successit Henricus Stephanus, qui  
 conjecturis suis aliquot posse loca illustrari speravit. Hunc imitati  
 alii, inter quos solus mihi conspectus opere jam propemodum  
 absoluto, Ianus Rutgersius, qui pauca attentavit Apolloniana,  
 quæ in Commentario meo perpenduntur. Interea languebat to-  
 tum pœmatis corpus, nec qui descriptorum culpa adnatas emu-  
 scare mendas vellet, inventus. Nempe Manuscriptis eam ad rem  
 codicibus erat opus, qui in regis Bibliothecis arctius custodiun-  
 tur. Postremo allubescerat in aliquo pœta ponere studium meum:  
 quod πεζολέξαι sint ad intelligendum faciliores, & plus ab-  
 strusioris doctrinæ à pœtis erui, & τὸ ξέρον linguæ Græcæ hoc est  
 omnes dialecti addisci cumulatius possint. Illa enim varia in-  
 duit schemata, quæ moram saepe faciunt studiosis. Dialectum  
 autem definitio, peculiarem loquendi modum uni pluribusve na-  
 tionibus receptum, qui vel in literarum & syllabarum, vel di-  
 ctionum & notandi diversitate cernitur. Quæ si mihi concedantur  
 omnia,

1. 1062. ιδέσθαι] Iliadis σ. — αὐτὴ γίνεται αἰσῶσθε  
περικλιόνεσιν ιδέσθαι· supple, θαῦμα, aut aliud quid.

1. 1063. λέλειπτο] Uxores olim maritis superesse no-  
luerunt. Herodorus lib. 5. vel ut amorem conjugalem  
testarentur, vel ut fugerent occasiones secundarum  
nuptiarum. Quæ reprehenduntur in Alcestide Euri-  
pidea; 4. Æneidis; Ulyssææ π. v. 75. ut de aliis taceam.

1. 1064. κωπτερον] Virgilius in re similima reddidit,  
gravius.

1. 1065. βρόχον] Etiam hoc usus nomine Home-  
rus, quod, ut heroica loquendi gravitate alienum, no-  
tat Jul. Scaliger. At hic non loquendi partes sustinet  
Hercules & Jason, sed poëta ipse. Observavi præterea  
mortem laqueo accitam aliquid quondam honestatis  
habuisse. Phædra in Hippolyto se suspendit, ut Ἔδο-  
ξον Φήμω, nomen honestius servaret. Ijobus ex ani-  
mo optat ρῆμα, cap. 5.

Λύπη] solatium mali tanti hauritur ex funerum ma-  
gnificentia, luctu publico, lacrimarum μεταμορφώσι.

1. 1067. χεῦαν] 1. 734. Ut ἐχέλατο Iliad. ε. forma  
παθητικῆ· quod æque deest Lexicis. adde 1. 1075.

1. 1071. ἐκ Διὸς ἡμαρ] Dies & nox sunt πάθη αἵρης,  
cujus

cujus symbolum Jupiter. Sic ἐκ Διὸς ὕδωρ· tangide  
cælo, fulminari: si recte rem puto.

Οὐδὲ γὰρ] ἀπασίας istius exempla ubique visuntur.

I. 1073. ἐξ ἀχέων] ἀκροῦ.

Μυληφάτῃ] ὁ κλάτῃ ὑπὸ μύλης. de hoc cibo jamjam  
dicentur plura.

I. 1074. ἀφλεκτῆ] μηδὲ πεφρυγμῆα.

I. 1076. ἐνναίοντες] I. 959. His in Scholiis pro Μι-  
λησίαις, legendum fuerit, Κυζικλιώσις.

I. 1077. πανδήμοιο] Quasi πᾶς δῆμος moluerit Ἰππὶ  
μύλης, Schol. Mihi hoc videtur velle poëta, fieri soliti-  
tam hanc rem in mola publica, ubi fruges nec prius  
torrentur, nec perinde ut in molis domesticis, ἐν χει-  
ρομύλαις, conteruntur: siue cohærent, Ἰππὶ μύλης, siue  
sint genitivi locales, de quibus mox. Sed malim ta-  
men instrumenta molæ intelligi, quam totum ejus  
ædificium.

Πελάνας, panes] Significari putem panes quomodocū-  
que, atque adeo sine igni paratos I. 1074. (quia πέ-  
λανος Attice πᾶν πεπηγός) præterea ex farina semimolita,  
(quam justius dixeris ἀλφιτον, quo antiquissimi solo  
victitarunt) postremo surfuroso, I. 1073. Ac ne hic  
deseramus amabilis vestigia antiquitatis, Deut. 16. ubi  
de πρῶ est sermo, πρῶ, quæ haud dubie μᾶζα, dicun-  
tur ἡν πρῶ, panis paupertatis. Herodianus libro 4. de  
Antonino Caracalla, ἄρτον τε πρῶσεφέρετο αὐτοχέδιον.  
σίτον γὰρ ἀλήσας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ, ὃ ἤρατ' ἰσχυρῶς, μᾶζαν τε ποιή-  
σας, ἔ' ἐπ' ἀνθρώπων ὀπλήσας, ἐσπέτο. Est autem veri hic  
regis amor depictus, qui rex, si non sit κληρωπὸς, solum-  
modo σκοπεῖ τὸ συμφέρον τῶν ἀρχομένων. Cujusmodi  
principes esse in amoribus solent. ἠθικῶν 8. 12.

I. 1078. ἐκ τόθεν, ex tunc] πρῶ. & sic 2. 533. Nemo,  
quod sciam, hunc loquendi modum ita ut oportebat  
declaravit. Iccirco hic etiam aliquid mihi est pericli-  
tandum. H. Stephanus in Thesaurο προπῶσιν

ait redundare. Ego contra eam aliquanto emam, si absit; qui statuam τόθεν esse τῆ, ut αὐτόθεν est αὐτῆ. idque cum secundi sit casus & ὀνομαστικῶς ponatur, usurpari tamen ἑπιρρηματικῶς. Est hoc ἄφραδοξον, sed ἀληθές. Nam modo simili ἐξ ῥ (quod & ἐῖ fuit, unde εἰοῖ mansit, 1. 893.) est ἐόθεν, ὄθεν. ex αὐτῆ (ἐν γρηκῆ, Etymolog. m.) αὐτόθεν, quod cum est adverbium, ponitur pro ἐξ αὐτόθεν. quia usu detrita πρὸς θεσις. Omnium præterea consensu Græcorum Ἰδηθεν μεδέων ζῶς est Ἰδης μεδέων. de quo fuse dictum à me 1. 356. Addita igitur πρὸς θεσις orationem perficit in Homericis ἐξ ἕρανόθεν, ἀπ' ἕρανόθεν, quæ sunt sine dialecto, ἐκ vel ἀπὸ ἕρανῶ. contra licet sentiat Eustathius. Adhæc ἐξ esse pro μῆ notum: ut certò ἐκ τόθεν sit, ἐκ ῥ, ut ἐκ τῆτα, ἀπὸ vel ἐξ ῥ, πρὸ ῥ. ubi vox χροῖς aut alia suppleri debet, Sed & genitivi adverbia scentis hic addenda duxi exempla, inobservata fere, & corrupta. ῥ χωρεῖς, hoc est ἐκ ῥ χωρεῖς, Schol. in Pace Aristophanis. λέσθαι ποταμοῖο, Iliadis ζ. ποίχῃ, Iliadis 1. οἴκῃ Cretenſium lingua pro οἴκῃ, ut αὐτοῖ pro αὐτῆ. Plautus, victor belli, &, proxima vicinia habitat.

1. 1079. ὁμῶς, simul] Eruditius Scholiasta, ὁμοίως. Atque est ipsum illud ὅν, in formula usitata, ἡτῆρ-ὅν ἔσθῃ, quod interpretor, occubuit proinde ut majores sui. Lucretius, — eadem aliis sopitus quiete est. Sic enim Elias 1 Regum 19. 4. ἡτῆρ-ὅν ἔσθῃ. Quod enim ibi à magno Theologo affertur de diuturnitate vitæ, id iusto argutius est. Latet autem illis in verbis aliqua mortis consolatio, quæ & ibi vivit, γῆρ-ὅν ἔσθῃ. Hoc sensu accipio quod dictum Deuteron. 18. 13. Integer esto ἡτῆρ-ὅν, similiter atque Deus. Quod unus noster Doctor expressius, ut omnia, & dulcius, ἔσθῃ οὐκ ὑμεῖς τέλειοι, ὡς πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς ἕρανοῖς τέλειός ἐστι, Matthæi 5. Nec aliter in Ijobi 3. dormite cum regibus. Iliadis 1. Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνήρ, ὅ, τε

δ, πε πῶλα ἐοργῶς. Lucæ 24. πὶ ζητεῖτε τὸ ζῶντα μὲν τῶν τε-  
κρῶν; Quid cum qui vivit sic quaeritis, ut mortuum ad-  
huc? Plautus, *novi cum Calcha simul.*

1. 1082. πύμαλον λέχῳ] Scholiasta de extrema po-  
ete intelligit: quod coactius. Fortassis est ei ἀνάλογον,  
quod Sophocles τάξιν ἐχάτιω dixit. Non enim in acie  
solum sed castris milites fortiores, ut muri, loca tenent  
extrema. Qua opinione id quod sequitur fit similis  
veri. Extimum vigiles tenebant locum proxime prin-  
cipia, ἀρχεῖα, in quibus & Jason.

1. 1083. ἀδινά, suaviter] Scholiasta, βαθέως. rectius  
quam Tarrhæus. Hoc enim est Ομηρικῶς, κνώσεν ἐν  
ὄνειραῖς πύλαις, Ulyssæ δ. Certe sic effectum ut al-  
cedonis augurium audire nequiverint. τῷ δὲ λόγῳ αὐ-  
tem jactura gravis accidit poëta.

1. 1085. ἀλκυονίς] cujus se avis nidum Plutarchus  
non semel vidisse asseverat, eumque depictum prope-  
modum τοῖς ἐπὶ ἀθεάμασιν exæquat.

1. 1087. ὄσαν] Deus solus verè verax fidem requi-  
rit: quod pater mendacii Satanas imitatur. quare  
omen ajam esse eodem sono, ἰρα.

1, 1093. ἐϋθρονον, potentem] Rhea est Ἐθρονῶ, quia  
terræ est symbolum, qua nihil stabilius.

Γλάξασθαι] ut διδάξασθαι. quod tamen ignotum Le-  
xicographis. At cum commune esse desisset, inusu con-  
traxit παλαιότητῳ, quam captat noster.

1. 1095. τοῖω γὰρ] 1. 5. cum elatione vocis enun-  
ciandum.

1. 1099. πεπείρηται] ἀπερίω. Quicquid sub luna  
cælo est, hoc veluti nodo Herculeo fibulatur, ἐμπερο-  
νάται. Cum terra existimetur ea esse vis, qua mutan-  
tur quæ mutantur, ac mundi anima appelletur, & vi-  
gor igneus. Nempe γῆ ἐνυπάρχει πᾶσι μικροῖς. 2. de Or-  
tu cap. 8. Bene vero quod cælum non addidit poëta.  
Ibi enim ἔδεν ῥεῖ, nulla est mutatio. ac Διὸς Φυλακῆ  
Pytha-



Pythagorica, seu ignis ille, de sententia Aristotelis, hoc muneri sibi vendicet iustius, ut vocetur ἡ σία συστάσεως, quod sit μέσον ἢ τόπος ἀλλὰ πείραγμα, & ob id ἄρχὴ ἔπιμιον. De cælo, 2. 13. Quamobrem magis terram fulcit cælum quam à terra fulcitur.

1. 1101. ὑποχάζεται] montibus altissimis cedit aër. eadem cæterorum elementorum indoles: quorum vires anilis superstitio nominibus deorum honoravit.

1. 1105. ἐξορμηθῆσιν, *experrectis*] Mirum ni stertentibus adhuc sociis verba fecerit Jason. 1. 86. 1. 320.

1. 1107. ἐλάσσωτες, *insecuti*] parum apte. Est σιῶθεν, ἀπελάσσωτες.

1. 1109. Γέρως] 1. 1019.

1. 1110. λιμένα Θρηάκιον] hic alter est portus Thraciæ oppositus, hoc est, unde navigabatur in Thraciam. Quod ex iis quæ sequuntur, discere Scholiasta poterat. 1. 1113.

1. 1112. Μακριάδες] 1. 1024.

1. 1113. ἐν χερσίν] quasi ἐγχειρον. 2. Georgicorum. In manibus terra. Salustius, nos uti per otium tui finis in manu vestra est. Genes. 12. Ecce ancilla tua ἦν:

Ἐὰς] quam iuste damnetur hoc, ostendi 3. 167.

1. 1114. κερβέν] 1. 580. ut πόντος ἠεροειδής, Ulyssæ γ.

1. 1115. Μυσιχι] intelligendos puto gibbos Hypii montis Mysiæ, unde fuit Hypius, quo Chalcedonensium ditio terminabatur. 1. 1164. In β. Iliadis sunt τὰ Ἀεμά, Chaldaicè ὄρη.

1. 1118. πείχου] Ne Argonautæ capitali se scelestæ adstringere viderentur alienis excidendis arboribus, hanc instituit ἐκφρασιν ἀμπέλῃ ποῦτα.

1. 1119. Σρέτας] aliud est πῦρ, in Genesi, ex conge-  
stis lapidibus.

1. 1121. ἐπιρεφές] Ne capiti soles, ne noceantque nives, Tibullus; qui deo suo optat umbrosa tecta, ne fiat ἡλιόκαυτος. Atque hoc est illud quod Hoschea 4. 13.

conqueritur nomine Dei, In verticibus montium sacrificant sub quercu, &c.  $\eta\lambda\chi \alpha\upsilon\tau\alpha$ . Tale autem beneficium Chryses exprobrat Apollini Iliadis  $\alpha$ . —  $\epsilon\tilde{\iota} \mu\acute{\iota}\epsilon \tau\omicron\iota \chi\alpha\rho\acute{\iota}\epsilon\nu\tau' \delta\pi\acute{\iota} \nu\eta\delta\acute{\alpha} \epsilon\rho\epsilon\psi\alpha$ , Si unquam ædem tuam habui sartam tectam. Quod versione vulgata alioquin trahitur.

1. 1122.  $\epsilon\rho\rho\acute{\iota}\zeta\omega\nu\tau\omicron$ ] 2. 320. Escilus potest esse  $\iota \Phi\eta\gamma\acute{o}\varsigma$  quoniam sic fere depingitur 2. Georgic. escilus, & Jovi sacra perhibetur, cujus sub regno fastidiri ceptæ glandes.

1. 1123.  $\chi\epsilon\rho\acute{\iota}\delta\circ$ , de cumulo lapillorum] Atqui Iliad.  $\upsilon$ .  $\chi\epsilon\rho\mu\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\nu$  dicitur  $\mu\acute{\epsilon}\gamma\alpha \epsilon\rho\gamma\omicron\nu$ . &  $\chi\epsilon\rho\sigma\alpha\lambda\acute{\iota}\theta\epsilon\iota\varsigma \lambda\acute{\iota}\theta\omicron\iota$  sunt magni, apud Zosimum. conferenda, quæ 1. 402. & 403.

$\epsilon\tilde{\iota}\nu\alpha\acute{\iota}\pi\nu$ , indigetem] Indiges  $\alpha\iota\nu\theta\rho\omega\pi\omicron\delta\alpha\iota\mu\omicron\nu\omicron$ , mihi dici videtur quasi indigetis  $\gamma\epsilon\tau\delta\epsilon$ , deus in terra aliqua natus aut existens,  $\alpha\upsilon\pi\acute{\omicron}\chi\theta\omega\nu$ , non aliunde evocatus. latius patet  $\epsilon\tilde{\iota}\nu\alpha\acute{\iota}\tau\eta\varsigma$ . 1. 921. 2. 1277. & Orphici  $\epsilon\tilde{\iota}\delta\alpha\iota\pi\alpha\iota \nu\acute{\omicron}\mu\Phi\alpha\iota$ .

1. 1127.  $\mu\omicron\iota\rho\theta\gamma\acute{\epsilon}\tau\mu$ , sacrificuli] Non me latent Grecorum argutia, statuo tamen ego esse  $\alpha\gamma\acute{\iota}\tau\alpha\varsigma \mu\omicron\iota\rho\alpha\varsigma$ , hoc est  $\tau\acute{\alpha}\gamma\mu\alpha\lambda\circ$ , nempe Dactylogum, ut  $\kappa\alpha\chi$  est  $\lambda\alpha\tau\tau\epsilon\rho\gamma\acute{\iota}\alpha$  sacerdotalis, Numer. 8. hoc est  $\eta\tau\alpha\nu$  Num. 4. 3. & alibi  $\eta\tau\psi$ . Disertim quippe in Scholiis sunt hi duo  $\tau\tilde{\iota} \text{I} \delta\alpha\iota\omega\nu \Delta\alpha\kappa\tau\acute{\upsilon}\lambda\omega\nu \mu\omicron\iota\rho\eta\gamma\acute{\epsilon}\tau\mu$ , &  $\mu\epsilon\omega\tau\omicron\iota$ . Quare non erat, quod Hartungus verteret  $\mu\alpha\lambda\acute{\epsilon}\omega\nu$ , ex multis.

1. 1128.  $\kappa\epsilon\kappa\lambda\acute{\eta}\alpha\tau\mu$ ] Hebraismus, Sophocles in Electra,  $\tau\omega\upsilon\tau\alpha \gamma\delta \acute{\alpha}\lambda\upsilon\tau\alpha \kappa\epsilon\kappa\lambda\acute{\eta}\sigma\epsilon\tau\mu$ , è Scholiis,  $\epsilon\tilde{\iota}\sigma\mu$ . Jon Euripidæ,  $\tau\tilde{\epsilon} \text{I} \epsilon\tilde{\iota} \kappa\alpha\lambda\epsilon\tilde{\iota}\mu\alpha\iota \delta\tilde{\epsilon}\lambda\circ$ ,  $\epsilon\tilde{\iota}\mu\acute{\iota} \tau\epsilon$ .

1. 1129.  $\Delta\acute{\alpha}\kappa\tau\upsilon\lambda\omicron\iota \text{I} \delta\alpha\iota\omega\iota$ ] duplex ad hæc verba Scholion remansisse ruem in Etymologico magno, ad  $\text{I} \delta\alpha\iota\omega\iota$ . quod ibi legi poterit.

$\text{K}\eta\tau\alpha\acute{\epsilon}\epsilon\varsigma$ ] ibidem scribitur  $\text{K}\eta\eta\lambda\alpha\acute{\iota}\epsilon\varsigma$ . quod magis  $\alpha\iota\nu\alpha\lambda\omicron\gamma\acute{\epsilon}\iota$ . Quoniam  $\alpha\epsilon$  redundat ut in  $\kappa\rho\alpha\iota\alpha\acute{\iota}\nu\omega$ . Sed legitur tamen  $\text{K}\eta\tau\alpha\acute{\delta}\epsilon\varsigma$ ,  $\Phi\omega\kappa\alpha\acute{\delta}\epsilon\varsigma$ ,  $\text{T}\iota\Phi\alpha\acute{\delta}\epsilon\varsigma$ .

$\text{O}\tilde{\upsilon}\varsigma$ ] duos illos. 1. 1126.

1. 1131. *δραξαμένη, atreptans*] invalida interpretatio. *Οιαξίδος*] ab Oaxo Creta urbe, de qua Herodotus l. 4. Aut à fluvio Oaxe, cujus meminit Maro, Ecl. 1. *πὶ ἰπυλίζετω*, ut in *ὄλοοίτροχος, δαμοίτας* apud Theocr. pro δημότης· *ποίη, πῶα*. l. 623.

*Ἐργώλας, tempestates*] proprie *ἐργώλη* putatur esse *ἔργα ἀπώλεια*, ut *ἐριώλη, ἐρίων*, Aristoph. in Vespis. Sed quia hoc jocosum est, & *περῶλη* quoque dicitur, ruo esse rem *ἐργώδη*.

1. 1134. *νέοι*] *ὡς ἔργα ποιάτοις πρῶτην*] *⊙*.

1. 1135. *σπαίροντες*] Xenophon 6. ἀναβ. ἤλοντο ὑψηλά τε καὶ κέφως. Quia & artis erat & virium, *ὄρχηθαι Πυρρίχην ἐλαφρῶς*. hac præterea voce res à manuum saltatione seu *χειρονομίᾳ* remouetur.

*Βηταίρων*] artificiosam saltationem & dissimilem motibus incompositis rusticorum l. Georg. Ut *βηταίρωνες* sunt Homero *δαήμονες ὄρχηθμῶ*, Ulyss. θ.

*Ἐνόπλιοι*] *πυρρίχη* significatur, quæ fit μεθ' ὀπλων, & *tearse* quidem. alioquin etiam inermis saltationis usus fuit militaris, quod esset imitamentum τῶν ἐν τοῖς ὀπλοῖς κινήσεων, ut scriptum Athenæi l. 14.

1. 1136. *καὶ σάικα*] Lucianus περὶ ὄρχησεως, ἐν ὀπλοῖς δὲ αὐτῶν ἢ ὄρχησις ἢ, τὰ ξίφη μετὰ ξυ κροθέντων πρὸς τὰς ἀπίδας, καὶ πηδῶντων ἐνθεν πρὸς πολεμικόν.

*Ἐπέκλυπον*] & quidem numerose, ut tradiderunt Graeci.

1. 1137. *πλάζοιτο δι' ἡέρ* *⊙*, *impediretur per a.*] male quidem. Est enim id quod dixit Virgilius, l. 11. — *in,* que *Notos vocem vertere procella*. Euripides hoc, ni fallar, expressit. *εἰς αἰθέρα λαλεῖν*, ut ne audiatur.

1. 1138. *ἐνθεν*] jure poetico interpolatur fabula *Cu-* *retum*.

1. 1139. *ρόμβω*] *κύκλα* sunt 3. 137. in Scholiis. hic *ve-* *to, πινές ἢ ρόμβον*, rescripti ego, *ρύμβον*. præterea reperi horum *χολίων* complementum in Etymologico, quod



1. 1131. δραξαμύνη, *attrectans*] invalida interpretatio.

Οιαξίδος] ab Oaxo Cretæ urbe, de qua Herodotus l. 4. Aut à fluvio Oaxe, cujus meminit Maro, Ecl. 1. τὸ ἰππὸν ἴθι τετυ, ut in ὀλοοίτροχος, δαμοίτας apud Theocr. pro δημότης ποίη, πῶα. 1. 623.

Ἐργώλας, *tempestates*] proprie ἐργώλη putatur esse ἔργα ἀπώλεια, ut ἐριώλη, ἐρίων, Aristoph. in Vespris. Sed quia hoc jocosum est, & περῶλη quoque dicitur, puto esse rem ἐργώδη.

1. 1134. νέοι] ὡς ἔργα ποιήτοις πρῶτην] Ⓞ.

1. 1135. σκαίροντες] Xenophon b. ἀναβ. ἤλοντο ὑψηλά τε καὶ κέφως. Quia & artis erat & vitium, ὄρχηθαι Πυρρίχην ἐλαφρῶς. hac præterea voce res à manuum saltatione seu χειρονομίᾳ remouetur.

Βητάρμων] artificiosam saltationem & dissimilem motibus incompositis rusticorum 1. Georg. Ut βητάρμονες sunt Homero δαήμενες ὄρχηθμῶ, Ulyss. θ.

Ἐνόπλιοι] πυρρίχη significatur, quæ fit μεθ' ὀπλων, & reapse quidem. alioquin etiam inermis saltationis usus fuit militaris, quod esset imitamentum τῶν ἐν τοῖς ὀπλοῖς κινήσεων, ut scriptum Athenæi l. 14.

1. 1136. καὶ σάκεια] Lucianus περὶ ὄρχησεως, ἐν ὀπλοῖς δὲ αὐτῶν ἡ ὄρχησις ἴσῳ, τὰ ξίφη μετὰ ξυ κροίαντων πρὸς τὰς ἀκρίδας, καὶ πηδῶντων ἐνθεὸν τι εἶ πολεμικόν.

Ἐπέκλυπον] & quidem numerose, ut tradiderunt Graeci.

1. 1137. πλάζοιτο δ' ἠέρⓄ, *impediretur per a.*] male quidem. Est enim id quod dixit Virgilius, l. 11. — in, que Notos vocem vertere procella. Euripides hoc, ni fallar, expressit. εἰς αἰθέρα λαλεῖν, ut ne audiatur.

1. 1138. ἐνθεν] jure poëtico interpolatur fabula Cuctum.

1. 1139. ῥόμβω] κύκλα sunt 3. 137. in Scholiis. hic vento, πνέσῃ ῥόμβον, rescripsi ego, ῥύμβον. præterea reperi horum ῥολίων complementum in Etymologico, quod

tale est, Ρ'ύμβω & τυπάνω Ρ'είλω Φρύγες ἰλάσκονται] μουσικῶ σπανιδίω, ὃ σρέφουσιν εἰς ἀέρα ἢ ἤχον ἐμποιοῦσιν &c. & sic erat scribendus locus iste Scholiasta.

1. 1140. ὄπι-ἦκε] Gen. 4. ἦν πρῶ &c.

1. 1141. ἀνταίη, Rheia] ἐπωνυμία est τετρα, cui hoc genitivum est, ut prae duritiae sua resistat; Nam σκληρόν, τὸ μὴ ὑπεῖσθαι εἰς αὐτὸ ἢ τὸ ὄπιπεδον. 4. Meteor. 4. quod ipsi modo fuerant experti Argonautae.

1. 1144. εἰλυῆς, lacibula] Φωλεῆς, Eustath. quia feras involvunt ac veluti integunt, ut Graeci declarant. involumen, ἐνείλημα, Glossae Scaligeranae, de quibus 1. 921.

1. 1146. ναῖεν] Homerus scripsit νᾶεν, Ul. 1. fortasse hoc visum Apollonio antiquius. Ac puto primum fuisse eadem νάειν ναίειν ναύειν, ut κλάειν κλαίειν κλαύειν. Quod si νάειν est fluere & habitare, cur non idem valeat τὸ ναίειν; Sic sane Hebraeis sunt eadem בית, בית, בית, habitationes amœnæ, caulae.

1. 1148. ἐνέπυσιν ὀπίσσω, vocabant postea] destructa sermonis elegantia. Aliter Propertius de iis quae dicta ὄναρ, Sape meum nomen jam peritura vocas, hoc est vocabas. Virg. quem dat Sidonia Dido. 1. 283. 1. 681. 1. 1160. Iliad. ζ. αἶψ' ἔμοι τρώων πόντον μέλι ἄλγος ὀπίσσω. nisi est τρώων ὀπίσσω, ut πόντον ὀπίσσω, Iliad. χ. Ulyss. β. κακὰ φερόζοντι ὀπίσσω. Possit tamen etiam illic esse ἄλγος ὀπίσσω.

1. 1150. δαῖτ' ἀμφὶ θεῶν] Seleucus apud Athenaeum lib. 2. censet veteres neque vini satis, nisi in honorem deum, bibisse; neque aliis se dedidisse ἠδυσπαθείαις. dictam itaque θαλίαν, quod θεῶν χάριν ἠλίζοντο. Quod est media Dei ecclesia manasse affirmo. ibi namque non concessum modo, sed praeceptum fuit, ut festis diebus & plusculum biberetur & hilariuscule viveretur. Quae rei fuit eventurae figura. Quoniam in noviore Dei fœdere praeceptum est, πάντα τε χαίρειτε, & in Cantico illo arcanissimo Christus ait, Comedite amici, bibite, ἡρώη. Haec ebrie-

ebrietas fuit conspecta in effusissima Spiritus Sancti largitione.

Θέσων] παρεσιδ' ἄσπιλο in Scholiis ad II. η. nec multo aliter Latini, reponere convivium dicunt. Virgilio id est *operare dapibus aut epulis mensas*. ne quis de annuo instructu Sybariticarum mensarum capiat.

Ἀρχλων] sic edidi etiam alibi. eadem opera firmatur lectio vera in Strabonis 12. contra Is. Casaubonum, vitiosa Scholiastæ scriptura deceptum. ad 1. 941. Orpheus, Ἀρχλωῶ ὄρη. hinc Plinius corrigendus qui l. 5. c. 32. Arconnesum dicit.

1. 1160. νέον ἠερέθοντι] Gallic. ἠερέθοντο. revise ad 1. 283. 1. 451. & 1. 1148. hic tamen præferam ὠδραπικόν.

1. 1162. ἐφέλκετο, *attraherat*] Amisso verbi sensu, aut obscurato. Usurpatur enim ut Ulyss. π. Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκετο ἄνδρα σιδήρῳ. hoc est, πείχει εἰς μάχην ἀνὴρ, ὠδρακειμὸς σιδήρῳ. Herculis pudore cæteri quamvis inviti strenue duxerunt remos. Sic Æneas Ascanium juvenem, ac proinde Φιλίδονον monet. — *te animo repetentem exempla tuorum Et pater Aeneas & avunculus excitet Hector.*

1. 1163. ἐπὶ νῆασι] Hic via munitur ad causam, de qua Hercules ὠσρακίῳη. quamvis fabula res involvatur.

1. 1170. κλύζε, *mersit*] at fuit ἀβάπισον, pro ligni ingenio. Quare hic κλύζειν est κλυδωνίζειν, aut etiam colluere. vide 1. 541.

Παλιρρόθιοισι] Statuo esse hoc à neutro παλιρρόθιον, ut intelligatur κῦμα. Polydorus in Hecuba, πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορέμεν, Hoc est παλιρρόθιοις, uti cenfeo.

1. 1171. ἠρεμέσση] in Græcorum ἀληθορείαις Hercules est νῆς, quæ est diviniior & à cessatione seu διαμεί remotior ἐντελέχεια. nam νῆς, ut docetur 3. πρὸ ψυχῆς cont. 2. ἔχ' ὅτ' ἐμὴν νοεῖ, ὅτ' ἐμὴν νοεῖ.

1. 1172. ἤμ' ἔ] Nihil hac est temporis descriptione

134 JEREMIAS HOELZLINVS  
ptione neque appositius neque amabilius. in qua  
etiam  $\Phi\upsilon\tau\sigma\kappa\acute{\alpha}\Phi$  respondet ἐρέτη. sumta est ex Iliadis  
λ. v. 86.

I. 1173.  $\alpha\tilde{\omega}\lambda\iota\nu$ , *stabulum*]  $\alpha\tilde{\omega}\lambda\iota\varsigma$  est  $\alpha\tilde{\omega}\lambda\iota\sigma\mu\acute{o}\varsigma$ , ubi quis  
 $\alpha\tilde{\omega}\lambda\acute{\iota}\zeta\epsilon\tau\alpha\iota$  pernoctat, Etymologus. Sed acutius rem  
intuenti videri possit esse  $\alpha\tilde{\omega}\lambda\iota\varsigma$  ex  $\alpha\tilde{\alpha}\lambda\iota\varsigma$ , ut differat ab  
 $\alpha\acute{\alpha}\lambda\iota\varsigma$ ,  $\alpha\acute{\alpha}\lambda\iota\delta$ ,  $\eta\acute{\alpha}\lambda\mu\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ .  $\alpha\tilde{\alpha}\lambda\iota\varsigma$  autem illud est,  $\acute{o}\mu\tilde{\alpha}\ \pi\lambda\acute{\alpha}$ .  
quamobrem  $\alpha\tilde{\omega}\lambda\iota\varsigma$  est locus  $\delta\acute{\alpha}\lambda\iota\zeta\epsilon\theta\epsilon\iota$ , quo quis po-  
ctu & recipit se, & sua suosque congregat; quod do-  
ctoris nostri unici verbis supercaelesti suavitate madi-  
dis affirmari potest. ἤδη ἡ θύρα κέκλειται, καὶ τὰ παῖδια  
μᾶ μετ' ἐμᾶ εἰς τὴν κρήνην εἰσίν. Eustathius, οἱ ναῖοντες περὶ  
σεσωρδμήοι εἰσίν.

I. 1174.  $\acute{\epsilon}\kappa\alpha\mu\psi\epsilon\nu$ ] hinc natus est mos  $\gamma\omicron\nu\upsilon\kappa\lambda\iota\sigma\acute{\iota}\alpha\varsigma$ ,  
qua significamus submissionem & vim disparilem. ut  
*Phraates genibus minor* in Horatianis dicitur Epistolis, &  
fascium submitto res est nota.

I. 1176.  $\acute{\epsilon}\tilde{\eta}\ \gamma\alpha\sigma\tau\acute{\iota}$ ] quod ejus vis ad  $\lambda\alpha\mu\upsilon\epsilon\iota\alpha\sigma$  usque  
sit imperiosa, ut familiariter explicatur  $\text{III.}\ \eta.\ \mu\acute{\alpha}\lambda'\ \alpha\iota\iota\ \acute{\epsilon}\sigma\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\lambda\alpha\iota\ \kappa\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\tau\alpha\iota\ \acute{\epsilon}\ \pi\iota\nu\acute{\epsilon}\mu\epsilon\lambda\upsilon$ . Ventris accusatio & defen-  
sio lepida legitur in Livii lib. 1. & Ulyss. ρ. v. 286.

I. 1177.  $\eta\theta$ ]  $\eta\theta\epsilon\alpha$  censent esse consuetas & notas  
sedes: sed hoc & poëtae nostri loco refutatur, & epi-  
theto, apud Zosimum, ubi  $\omicron\iota\kappa\epsilon\iota\alpha\ \eta\theta\eta$  legimus. Ut au-  
tem  $\eta\theta$  sit ab  $\acute{\epsilon}\theta$ , hac tamen notione ducam ab  
 $\acute{\epsilon}\zeta\omega$ , unde  $\acute{\epsilon}\delta$ , ut  $\eta\mu\alpha$ , unde &  $\eta\sigma\iota\varsigma$  sessio. Quia  
ipsum  $\acute{\epsilon}\theta$  esse potest, quod insedit, & duci ab  $\acute{\epsilon}\theta\omega$   
soleo, qui enim solet, in consuetudine sedet & mora-  
tur; ut à  $\mu\acute{\epsilon}\lambda\omega\ \mu\acute{\epsilon}\lambda\iota$ , unde &  $\eta\theta\omega$  non ab  $\eta\mu\iota$ , quia in  
 $\eta\theta\mu\acute{\omega}$  relinquitur  $\acute{\iota}\zeta\eta\mu\alpha$ . Hic in Scholiis *Καρυανδῶς*  
scripsi, per v.

I. 1179.  $\Phi\iota\lambda\acute{o}\tau\eta\iota$ ] ut  $\acute{\epsilon}\iota\rho\acute{\iota}\omega\eta$ ,  $\sigma\iota\gamma\eta$ ,  $\kappa\omicron\sigma\mu\iota\delta\eta$ ,  $\alpha\acute{\phi}\rho\epsilon\sigma\delta\eta\sigma\iota\nu$ ,  
 $\delta\kappa\nu\omega$ , & sexcenta alia, quæ vel interpretanda  $\acute{\epsilon}\pi\iota\rho\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$ ,  
vel cum  $\sigma\acute{\omega}$ . I. 961.

I. 1182.  $\lambda\epsilon\chi\alpha\acute{\iota}\lambda\omega\ \Phi\upsilon\lambda\acute{\alpha}\delta\alpha$ ]  $\Phi\upsilon\lambda\acute{\alpha}\varsigma$  hic est  $\pi\acute{\iota}\alpha$ , sibi  
hoc



hoc libro, κλαδίον cum foliis. Theocritus Id. 13. de hoc eodem Hyla, ἐνθεν βύπμον ὄξυ, βαθὺν δ' ἐπάμοντο κύπριον. & Id. 18. nominat λειμώνια φύλλα. in Scholiis hic ἐπὶ emendatius scribatur ἀπὸ.

1. 1183. λειμώνων] quod Iliadis ω. λειμωνόθεν ἀμήσσιες.

1. 1184. ἀμφὶ πυρήϊα δινύεσκον, circum ignita occubantur] sane prave. quia non probe intelligebatur scholiasta. πυρήϊα sunt πύρεια, igniaria, faciendi ignis instrumenta. Quorum ratio & modus in scholiis erudite demonstrantur, & in hymno in Mercurium, ubi ipse πῶ δ' ἐφόρψ ξύλα πλάα, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνῳ, &c.

1. 1187. αὐτὰρ ὁ δαίνυομαι] Si quid solidi esset in fabulis, Poëta noster hic amisisset τὸ πιθανόν. Nam Hercules si ira vorax fuit, ut in Euripidæ Alcestide & Callimachi hymno in Dianam fuisse traditur, non meruisset Picorum aurum, ut remum anteponeret cœnæ. Sed Apollonius cum Pindaro sensit, cui videbatur absurdum, γαστήραρον μακάρων πν' εἰπεῖν. Isocrat. Busiride, ταῖς ἑπονητῶν βλασφημίαις ἐπηκολύθηκας &c. adde tamen 1. 456.

1. 1191. τηλεθώσαν] 1. 29. Atque hic munit Apollonius Argonautas à suspicionē injuriæ. 1. 1118. & impietatis in Hamadryades.

1. 1194. ὄϊσοδόκῳ] ἰῶν ἐμπαλείω, Hom.

1. 1195. πῶξοισι, cum spiculis] mirum quin spicula scorsim à phætreta deponeret.

1. 1196. χαλκῶσαρῆ, ferrea] malim, ἄρατα, aut quæ gravis ἄρατε; quia ex oleastro fuit, si fuit modo. Ecl. 5. pedum est Formosum paribus nodis atque æte.

Δαπέδοιο, campri] Schol. ἐκ δαπέδοιο. 1. 1078.

1. 1198. ἐνέρισην, inclinavit] Lucianus in Nigrino, ὅταν ἐνέρισω πῶ ψυχῶ.

1. 1199. ἀββαῖς, occubans] falso. Nam ἀββαίνειν & συμβαίνειν ἀνήπιθενται. Xenophon ἐπὶ ἰππικῆς. ὅταν ἴ

(οἱ ἄνθρωποι). ὁπότε τ' ἤϊς ἀρχοῦν βάλωνται, ἀλαβαίνοιτες πάντες μάλλον ἢ συμβεβηκότες ὄπι χειρῶσιν αἰρεῖται. Iliad. μ. ὦ ἀλαβὰς, ἵνα μὴ οἱ ἀφαιρότερον βέλῃς εἴη. Aristoph. ἐκκλησ. διερισμῆν τὸ χῆμα τῆ βακίῃα.

1. 1202. χειμερῆ δύσις] 7. Aen. *Sanius ubi Orion hibernis conditur undis.* Rem loquitur Aristoteles Meteorologiae l. 2. c. 5. ἀκρίῃ δὲ (ergo hic ἀπροφάτως) καὶ χαλεπὸς ὁ ὠρίων εἶναι δοκεῖ ἔ δειῶν ἢ ὄπιτέλων. Quae sententia ad causas revocatur verbis ibi sequentibus. Sed ipse dubito an hoc consideret magis poëta, quam ipsius indolem procellæ.

1. 1203. καταιξ, procella] recte hoc. Aratus, νηὶ ΤΨόθεν ἐμπλήξῃ δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα. Virgilius, *stridens Aquilone procella, & Creberque procellis Africus, & Venti turbine.* Lucretius tamen *venti procellam* dixit l. 107.

1. 1204. σφλιέουσι, cuneis] à similitudine figuræ, quasi pyramidatæ. In Æschyli Prometheo, explicatur γιμφοῦ. Quod quia ignorat Varinus, & Lexicographi ignorant.

1. 1208. ἐν ὀρυόπεσσιν] ut dicitur ἐν ἰχθυῖσιν, in macello piscium, Aristophanes Vespis. ἐν μύρω, hoc est μυροπωλείω. Quod enim in Scholiis est illum evocasse Dryopas, id volens ignorat Apollonius.

1. 1212. νηπιάχον(α) ] aut νηπίαχον ταπειῶτα. Sic autem l. Schem. l. 24. ἦν ἦν puer ille erat puer.

1. 1218. πρὸφασιν βαλέου ] quod sit agendi primordium, aut πρὸβαλέου φάσιν. Ul. φ. πῶρον ἱεμῆ φόνος ἀρχίω.

1. 1220. ἀλλὰ τὰ μὲν] 3. Georg. *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, Singula dum capis circumnectamur amore.*

1. 1224. ἐρατὸν ῥόον] Hom. ἐρατὸν ῥέεθρον. paulo aliter l. 1234.

1. 1227. γε μὲν] quinetiam, Hesiodus Theog. v. 817. vult hoc, nondum alias venisse nymphas; itaque non fuisse

fuisse mirum, si interea caperetur amore Ephydatia, & Hylas accederet audaciter. Si sic sit res, erat scribendum in mea versione, *Speluncas accedebant: Verum.*

1.1228. ἀνεδύετο ] interfutura choris.

1.1230. ἐρατόμηνον ] Statius in Silvis, *dulci probitate rubentem*, 1. 726. *flagrantes vultus*, Virg.

1.1231. πρὸςβαλε, *simul erat* ] nihil hac interpretatione sinisterius. quid sit communiter πρὸςβαλεῖν palam est. Sed Homerum Iliad. η. nostro similiter loqui observo. Ἡ ἑλίθη μὲν ἔπειτα νέον πρὸςέβαλεν δῖος ἄρας.

1.1232. ἐπιόησε, *terruit* ] trivialiter & inepte. Est enim, ut apud Theocritum, φοβεῖν σὺ μανίαις.

1.1234. ἐνέρισε, *immersit* ] merus languor. esset hoc ex 1. Schem. 2. παῖ, *incussit*.

1.1235. ὀπιχρῖμφθεις, *inclinatus* ] ex Scholiis, unde & Lexicographi sumserunt, falsi omnes. 1. 1259.

1.1237.] metetricium κακώητες pingit poeta. illud enim genus hominum an belluarum? altera manu rapit juventutem ad complexus, altera demergit exitio.

1.1242. δέχο, *quarebat* ] male. Lexica exponerent, expectabant. Sic ὀπίπε esset, dum. Equidem sic puto, δέχεσθαι esse excipere, aut excipere velle. Expectare autem est metuere aut sperare aliquem esse venturum, ut Ulyss. 1. ἐδέγμεν. Ergo reliqui manebant Herculem, Polyphemus expectabat, ut amicio. Æneæ sic pietas fuit *expectata parenti*, hoc est *sperata*. ac pulchre distinguit Plautus *expectare* & *provisere*, ut illud sit animi, hoc corporis.

1.1244. ἀπόπροθεν ] *ritu*.

1.1245. αἰτόμηνον ] Schol. ὅτι τὸ ἀπὸ δειν. Quod Latini certatim sequuntur.

1.1246. πρὸςέλασαν, *ante venerunt* ] perperam & hoc est enim supplendum, τοῖς ποιμένοις.

1.1247. ὄφρα κάμησι, *donec laborat* ] male.

1.1249. κεκληγώς, *ejulans* ] Hujus versionis opera ex

Heroë fit mulier. rectius Maro. *Clamassent ut litteras Hyla Hyla optine sonaret.* Theocritus, τῆς μὲν Ἰλαοῦ αἴουσι  
 ὄσον βαθὺς ἤρυγε λαίμω.

1. 1252. ἐλόχησαν] ἀρχαϊσμός. *cujus vestigia etiam in Homero parent.* II. υ. μήπως ἔ Κρονίδης κεχολώσεται. Eurip. in Helena. σκοπεῖτε μὴ δόκησιν εἶχεν ἔκ θεῶν. *Ecce opus nimis sæpe futurum indicativi trahit, quandoque præsens.* Xenophon I. παιδ. ἵνα αὐτὸς ταυτὸν αἰδέου. Quibus aggrego quod extulit Plautus in Casina, *faciam caverebunt.* Hebraei ἔβρα ἔβρα, ut edent, hoc est ut edant. Quare aptius hic foret, πάλι quam πάλαι.

1. 1254. ἐπαίσεων, librans] aut intentans, ut 6. *Æn. Intentans angues Tisiphone.* Cui vero enssem intentat Polyphemus? obvio, quicumque sit ille. Multa ejusmodi dixerunt Latini auctores. I. *Æn.* Eurus mare ruit ἐ sedibus. & communi sermone est receptum *εὐεργητικόν.* I. 734. Nec novi quid est in dissimilium temporum junctura. Ulyss. μ. δύσμοι εἰς αἰδέο καὶ ἐν νικέοσι φαίνω.

1. 1256. βεβαρημέθ] Virgil. *raris vix vocibus bisco.* Qui τὸ ἄθμα convertit, *eger anbelitus.*

1. 1257. ἄχ] Sic lapides loqui, *aurum, malsa, latuculos, sesamum, papaverem, triticum, frictas nuces,* Plautus. Aristophanes *ρόδα μοι εἴρηκας.* In Hecuba, *κῆρυξ ἀχέων.*

1. 1259. ἐπιχρίμψαντες, illaqueantes] *At ἐπιχρίμψαν* hic est ἐν πυγχανειν. I. 1235.

1. 1264. ὑπέκφερον] properavit ad socios Hercules, ad Hylam quaerendum volavit.

1. 1266. πίσα, πρᾶτα] Eustath. ad II. υ. ἰχθὺς πῖπ] ἔ δυνάμην] πῖσαι, ὅ ἐστι πῖσαι, vel ut mea est mens, ubi possunt πῖν, nempe animalia aut herbae, Ecl. 3. *Claudite jam rivus pueri, sat prata biberunt.* & lib. 6. — *prata recentia rivu.* 4. Georg. — *irriguumque bibant violatis fontem.*

Ἐλεαΐδας, palustria loca] πῖπας ἐλώδεις. Etymolog. cum

cum nostris scholiis malint λεπώδεις, vel πεπώδεις. quod sententiæ est inimicius. nam πίσεια respondent mari, ἐλεασίδεις, mari navigando. ac fortasse est ἔλυσσας ἢ ἐλεασίς. Hic λέπη in Scholiis rectius legitur in Etymolog. λέπα. hinc autem Virgilius sua decerpisse videri queat, — *nulla neque annem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.*

1. 1267. ὄψεται] 3. 94. Æneid. 10. Nil super imperio πορευοί.

1. 1269. βεβολημύ] hoc persimile est illi quod legitur Johannis 8. μισθωτὸς φάλα, ὅτι μισθωτὸς ἐστίν. Sunt quæ ostendi nequeant, sunt quæ non debeant ostendi, vel ut stulta vel impia, vel ut nimis manifesta. nisi hoc loco οἷσρα est furor.

1. 1270. ἐπαλλε] Virg. micat linguâ; Cicero, digitis, quod est, celeriter movere linguas aut digitos.

1. 1271. σωννεχέως] lego, σωνεχέως 1. 7.

1. 1273. ἀκροτάτας] 3. 162.

Ἵπερέχεθεν] super tendebat, nempe iter. Aristoph. Ranis, πῶς χήσεν δοκεῖς, quo tendere cogitas?

1. 1274. κατήλυθον, redierunt] venerunt, quæ vox naturam venti attingit. Cum enim moveatur qui venit, exanimabis ventum, si motum adimas. εἰδέν ἐστιν ὁ ἀνεμύ, πῶς αἴρ πολλὸς ῥέων καὶ ἀθρό. In lib. de Mundo c. 6. Posset etiam fieri significatio descensus. τὸ μὲν γὰρ κινήσεως ἢ ἀρχῆς, ἀνωθεν. τὸ δὲ ὕλης ἢ τὸ γήύσεως κάτωθεν. 2. Meteor. 9. 1. 1312.

1. 1277. ἀνεκρέσωλο, τενοσανητε] ἀνακρέειν est recutere, succutere, retro aut sursum impellere, retrahere, subtrahere. Virg. illud dixit, *tudentes excutere*. quod perperam interpretantur, raptim colligete. Eique contrarium est quod legis. 1. 566. ἐπ' ἰκερόφιν &c. Xenophon πῶς ἰππικῆς, ἀνακρεσίον τὸ σῶμα ἔῃ παρ, &c, ἀνακρεσίονος αἶψα τὸ ἀνχέειν. Et sic opponuntur ἑπίπλοισι ἢ ἀνακρέσεις in Epit. Dionis, quia naves quasi quidam equi sunt.

1. 1278. κυρλώθη, *elevata*] forte ex aliqua lexicā haustum explanatione; quia κύμα κυρλώθην elevatur. Est κυρλῶν reddere gibberum, & in tumorem distendere. 3. Αἴν. — tumidoque inflatur Carbasus Austro. Orpheus, ὀθόνας ἀκάτῃ πλήρωσεν ἀήτης.

1. 1279. Ποσιδήιον ἄκρω] Bithyniæ promontorium, infra sinum Olbianum.

1. 1280. χαροπή, *grata*] quod τῇ ἐννοίᾳ repugnat. Hic enim sol ater surrexit Argonautis; Fulvus color & lucidus est, & à cæsiō prope abest, & quod rei caput, jucundus ejus est aspectus. Ac leoni datur, in Heliōdi Theogonia: ubi frustra comminiscuntur ἀνὴφρασιν.

1. 1281. περὶ τῆς] ἀνατολῶν vult intelligi scholiasta. Quod nihil dissentit à Davidis verbis, quæ Psalmo 19. ubi oriens est πᾶρ, cæteræ cœli partes sunt πᾶρ, ἀθροιστικῶς.

Διαγλαύσασι] Istius est contrarium, quod sæpe in Hom. σκιδῶν ἰό τε πᾶσιν ἀγχαί. Neque hoc in Lexicis est.

1. 1282. Φαεινή] scriberem, Φαεινῆ αἴγλη (Homer. χρυσῶ φαεινῶ λάμπεσθι) ni forte sit, ἀγὰ πεδία.

1. 1285. εἰ, *num*] vertendum erat, num abiissent; quod inscitum in te nimis certa. Propertius, *miror quod, & miror si.*

1. 1286. ὁ δὲ, *Tiphys*] falso. Est enim ordo, ὁ δὲ Αἰσονίδης.

1. 1287. ἔδ' ἐπ] ἐπ est otiosum: ipsa loquendi forma ex Hebræo traducta. 2 Schemuel. 17. consuluit τῆς τῆς τῆς. &c. 2. 1 Sam. 25. 26. non indicavit ei ἡ τῆς τῆς τῆς. Terentius in Andria, *equè quicquam,* hoc est nihil.

1. 1290. ἡ σ'] Sic Aldinum. at Gallicanum, ἡ σ'. illud est ἡ σ' ab ἡμῶν, eras, nempe cum solveremus portu. cujus erat providere omnibus 1. 339. præfero tamen ἡ σ', quia sic jacet Iliadis ο. ἡ σ' (τὸ ἀλῆρες, ἡ σ' αἰ) ὀλιγητελέων. 3. 423.

1. 1292. καλύψῃ] Hocsum tendunt verba Aristot. 3. Polit. c. 9. μυθολογῆται ἢ ἐστὶν ἀρχοναύτας ἢ ἡγεκλέα κατὰ λειπὴν ἀφ' ποιαύτιω αἰτίαν. εἰ γὰρ ἐθέλειν αὐτὸν αἰγεῖν τὴν ἀρχὴν μὲν ἢ ἄλλων, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τῶν ἄλλων. Hæc itaque derelictio pro exilio erat & ostracismo.

1. 1293. αἶκε, utinam] quod est αἶθε. Sed hic ponitur ut Ulyss. v. αἶκ' ἐλέησῃ.

Υ' πότερον νόσον] ἀπήμονα νόσον, Ul. δ.

1. 1294.] ἡθμός in Scholiis scripti ἡθμός· & pro σὶ, μοί.

1. 1297. ἰνδάλλετο, flagrabat] ἰνδάλλεσθαι est δοκεῖν, & ἰνδάλλεσαι ὡς, dicitur ut ὅμοι· ἰνδάλλεσαι, Aristoph. Σφηξί. Scholion ad ἑσληγες est complendum ex Etymologico m. Hymnus in Apollinem, ὅμοιη ἰνδάλλομα εἶναι.

1. 1299. βιησάμενοι] ἀντοφθαλιμίσαντες. quam sententiam H. Stephanus βιάζεται, in Thef. ubi præfert, fluctum eluctari. adhuc inscitius in Theocr. Dioscuris αἶσα βιαζόμεναι, redditum, astra implorantes. at meo sit iudicio, invitis astris navigare.

1. 1303. ὃ] ὄπι, aut διό.

1. 1304. ἀθλων, in certaminibus] falso: quia Hercules eos interfecit redeuntes ex certamine, ἀθλων ἀνιδύτως.

Δεδυπότ·, mortui] integre profertur, δ' ἔκτισε πεσών, ut Iliadis δ. Etiam Pausanias memorat ἀγῶνα ἢ ὄπι πείλει, lib. 5. & schol. Pindari, Isthm. 1.

1. 1306. ἔταξεν] Sceleratius esse credidit antiquitas hominem relinquere insepultum, quam occidere.

1. 1308. κίνυται] Hyperboreorum principes fuerunt Boreadæ, Diodorus. turrim autem altam moveri vento majore, non est novum, sed illum observare motum oculis, admirabile.

1. 1310. τοῖσι δὲ] λύσις δόσεως. ut sæpe imprudentia fato excusatur.

1. 1311. ὑποφήτης, vates] jejun. 1. 22.

1. 1312.

1. 1312. ὑψι, *alte*] ambigue dictum. Virgil. *summa caput extulit unda.*

1. 1313. ἐκ λαζόνων, *ex lateribus*] concinnius fortasse ἐκ dicam esse, tenus. Catullus de Nerei filiabus, *Nutricum tenus extantes è gurgite cano.* Ubi nutricum tenus est, à mammis, vel ad mammas usque. Expresse Virgilius l. 7. ubi Juno *Dardaniam* (classem) *Siculo prospexit ab usque Pachyno.*

1. 1314. ὀλκείοιο, *temonem*] Scholiastes, νήιον, μέρϑ & νεώς, ὅπερ σύρεται καὶ τὸ ὕδωρ. Illa navis pars, quæ per aquam trahitur, quæ verba tanquam αἰνιγματώδες esse etiam in Varino retinentur, & silentio omnium obli- gnantur. At certe tota navis trahitur per aquam, cum trahitur. Suadeo primum ut legatur νήιον ὀλκείον, μέρϑ &c. Ac scriptum opinor fuisse, ὅπερ σύρεται &c. qua parte trahitur, & ῥυμβλακῆτιν navis, & est 4. 1619. ἢ ἡ ναὺς ἔλκεται, ubi de eodem ligno agitur, & scribitur ὀλκῆιον. ut hic sit legendum, ὀλκείοιο aut ὀλκῆίοιο. Varinus idem, ὀλκῆς κατὰ χρευσικῶς, τὸ τὸ τρόπιδϑ ἔκταμα &c. igitur nequicquam Etymologus cum πιδάλια confundit ἐφόλκιον, quod & veteribus placuit apud Eustathium ad III. ε.

1. 1319. σωέσιον, *familiarum*] ponderosius scholia σωφιστικῶν confocatum igitur, si licet, dicam. Cujusmodi homines dicuntur in 1. Polit. c. 2. ὁμοσίπυοι, & ὁμόκαπνοι, fortasse rectius, ὁμοκάπνοι, ut in Evangelio, οἱ ἐμβαπτόμενοι μετ' αἰπῆλων εἰς τὸ τευβλίον. huic opponitur ab Homero ἀνέσιϑ, quod Horatius puto ver- tit, qui certum non tenet presere.

1. 1323. μοῖραν] μοῖρα βιδετα est εὐφρασικῶς ὁ βίϑ & Eustath. ad II. δ. unde hunc loquendi modum mutua- tur Apollonius. Sed videndum quid in 1. 1035.

Α' πῆρονι, *orbiculari*] huic interpretationi Eustathii autoritas in Lexicis obtenditur. sed illa ibi nimis est callida. Nam Thraciam Episcopus vocari à poëtis αἰε γίω



γλιῶ ἀπείρονα, quia ἐκ δύο χῆ εἴρησι ἐθνῶν σωέσηκε. Ac lo-  
quitur de Thracia Europa, cum Chalybes sint maris  
Caspii accolæ. Neque si tota terra est ἀπείρων rotunda,  
& partes ejus necessario sunt rotundæ. Quamobrem  
magnam aliquis terram Chalybum dixerit. Cui tamen  
hoc obstaret quod à Xenophonte traditum lib. 5. ἀναβ.  
ὅτι Χάλυβες ὀλίγοι ἦσαν. Superest idcirco ut dicam ἀπεί-  
ρῆσαν, ἢ περὶ αἰκλῶ, ut est in Schol. ad Ul. η. Possit for-  
tasse exroni longinqua, ut γραῦς ἀπειρεῖη etiam iisdem  
in Scholiis explicatur, ἀποθεν παρῆσα; aut denique im-  
pervia. Nec incredibile est Polyphemum à Chalybi-  
bus periisse, qui in Æschyli Prometheo, ἀνήμεροι, κὶ δὲ  
πρὸς πλοῦσι ξένοις. ἀπείρονα tamen γαῖαν esse σφαιροειδῆ  
etiam in Scholiis Hesiodi affirmatur, quia circuli ne-  
que est ἀρχὴ neque πέρας. itaque regiones & ἡπειροί, ut  
puto, orbis dicuntur, ut Ecloga 1. quoniam circulus  
est figura omnium capacissima.

1. 1324. ποιήσατο] usu ipso, cujus jure Calypso deti-  
nuit Ulysses. 1. 966.

1. 1325. ὄν πόσιν] injuria reprehensum à scholiasta, qui  
dictum velit, ἦς πόσιν. At non satis expendit, ὅς esse ἐός.  
Ἐλειφθεν] in Hymnis, ἔλειφθεν.

1. 1326. ἐφέσατο] 1. 691.

Δύψας] 1. 1008.

1. 1328. κείλιω] ignitissimum epithetum. Meteorol.  
4. 7. ξύλα ὅτι τῷ ὕδατι ὀπίπλησι, quia continent aërem.  
At navis tanto est ἀβαπλιστότερη, quia etiam cavitate  
sua hoc præstat. idcirco testa cava natat, plana mergi-  
tur, ac plus oneris fert navis quam ratis.

Δι' ἐξ αἰλῶς ἔκλυσε, per mare liberavit] imo dimisit.  
sed hoc intelligitur, nec legitur. Aliud igitur erat di-  
cendum, nimirum quod Virgilius, proluit, hoc est al-  
luendo propulit. Hoc lexicorum structoribus incogni-  
tum est, cum tamen teneant quod Aristoteles dixit, ἐκ-  
κλίσεισθαι ἐς ξηρὸν ὑπὸ τῶν κυμάτων.

1. 1331. ἀκρίω ] non totam, quod iusticius hodieque censetur.

1. 1332. χολώσται ] χολῶ, Schol. Hebraica dictum enalaga. aut ut 1. 1252. in Schol. pro ἄπο legerit aliquis ἴπν.

1. 1334. in Scholiis pro ὑπερφιάλον lego ὑπέρφιλον. & in Homeric loco est ἀέλαι.

1. 1338. ἀλείτιω, desertorem ] Is magis erat Hercules λειπόντως & λειποσράπῳ. Fortasse κυριώτερον est ἀλείτης ἀνδρῶς, qui virum amittit: quippe viam amittit, qui errat. At bonus imperator βύλεται λαόν σόν ἐμμεῖναι, ἢ ἄπολέσθαι. Sed scholia placent, & Maroniam, caritatis injuria. Terentius, pudor patris, hujus misericordia.

1. 1339. ἔθλω, non diu ] quod fuisset, ἔθλω.

Ἀέξω, continebo ] quo modo enervatur oratio. Maro lib. 11. dixit hoc, ut arbitror, aggerare iras; Græci coquere iram, & χῶεσθαι, quod nequicquam duxit ex χολῶσθαι Eustathius. De Apolline Euripides in Andromachia, ἐμνημόνευσε δὲ, ὡς περ ἄνθρωπος κακῶς, παλαιὰ νείκη. Atque his vellitur auris Homero, cuius reges κῆπον ἔχουσιν, 11. α. qui tamen defendi eo potest, quod vitia regum sit ausus perstringere fabulis.

1. 1343. δηρίσεσθαι ] alii πόλιν δηρίσεσθαι.

1. 1349. μουσίδ ] vel μουσίδ' ἀναστήσιν, vel μουσίδ' ἀνστήσιν. in Scholiis pro τύπον scripti, τύπον. res est clara.

Ἀὐτοχέδον ] rebus relictis aut posthabitis.


1. 1350. ὕλα μόρον, Hyle coriam ] Quod illatinius Schol. μόρον interpretatur μοῖραν. Mibi hujus durities sermonis; ἄρῆν μόρον ὕλα, molliri videtur posse, φειφράσεως observatione.

1. 1351. ῥύσια ] vide Hom. in orat. Nestoris, de Eleis.

1. 1353. μασθόντες ] Gallic. μασθόντες. 1. 356.

1. 1356. αὐτόθι, ibi ] Etiam hoc ἀφ' ἑσῶτῳ schol. quasi non sit etiam ἀφ' ἑσῶτῳ τόπος. At non Pleurone erat, nec Calydone Diomedes; sed ad Trojam, cum de Oeneo loquebatur, ἀλλ' ὁ μὲν αὐτόθι μείνει, Iliad. ξ.

## IN LIBRUM SECUNDUM.



Ib. 2. ψ. 1. αὔλις] est αὐλή, flexu Æolico,  
 III. ο. 1. 1173. Orpheus, ἀσεμφῆ δέμον dixit.

Δ' μύκησι] ducam, si liceat, ab ῥηκῆ robustus, & mutato in ρ συρισί.

2. 3. ἠμεθλίω] qui & ἠμέσι Pausaniae. Nam in  
 μικροῖς σώμασιν, ὕδωρ ἐνυπέρχει πᾶσι, διὰ τὸ δεῖν μὲν εἰ-  
 ζοῦσθαι τὰ σώματα, μόνον ᾗ εἶναι τὰ ἀπλῶν εἶδεν τὸ ὕδωρ.

2. de Ortu c. 8. Quo etiam ductus argumento Hip-  
 pon, ut crederet animam esse aquam, quia scilicet πάν-  
 των γονὴ ὕδα. 1. de Anima cap. 2. Jam Πισειδῶνα εἰς  
 ὑχρότητα ἐκλαμβάνεσθαι, & μέγα ὑχρὸν haberi constat.

I. 497.

2. 4. μελίη, Melia] videtur hoc ἰδιασθῆναι, & confla-  
 tum ἐκ κυεῖς ἢ περσηγοεικῆ, quasi sit soror & consors,  
 aut æquæva fraxini, ac generatim arboris. 2. 481. αἰμα-  
 δρυάδα autem esse ex Callimachi perspicitur hymno in  
 Delum, v. 80. & seqq. ubi etiam negatur illud esse  
 κύριον.

2. 7. πυγμαχίης] Hæc cæstum pugna sæculis pri-  
 scis est quam humanitati aut virtuti convenientior, nec  
 probari nisi ut ἀκρόθινον πόλεμος, & brevis rerum horri-  
 bilium prolusio potest. Fuit autem princeps habita,  
 & ut canit Statius, *bellis & ferro proxima virtus*; quia in  
 omni prælio primum est τὸ πατάξαι ἢ φυλάξεσθαι, in-  
 ferre & exire ictus, Plut. συμπ. 2. Plato lib. 7. de legi-  
 bus, ibi: Ἐδὴ ἀπὸ δαίεων τὴν μὲν καὶ πόλεμον, &c. Ictus isti  
 fiebant pugnis, quos cæstibus seu subtilibus loris cir-  
 cumvolvebant, ut plagæ hinc gravius inferrentur, hinc  
 sustentarentur tutius. In hoc autem certaminis gene-  
 re exprimendo Homerus diligenter versatur Iliad. ψ.  
 & perfunctorie III. σ. ubi hoc certamen certari, ex ver-  
 bo ζῶσθαι colligo. Hic enim ritus in priore illo & lucu-

lentiore pugilatu commemoratur, ζῶμα δὲ οἱ πρῶτον  
 ἀδικαίῳ βαλεν. Hunc sequitur lib. 5. Maro; utrumque  
 Statius lib. 6. Theocritus quinetiam hoc ipsum certa-  
 men inter Amycum & Pollucem depinxit Id. 27.

2. 8. μιν, ipsos] è Scholiis. sed nihil necesse est ut hu-  
 jus reum culpæ faciant Apollonium; quia ναῦν αὐ-  
 τανδρον intelligit, seu navim & nautas simul.

2. 14. πρὶν χεῖρας] Hom. πρὶν μάλ' ἀναχομῆν πε-  
 πληγέμεν. Et, ἀντὰ δὲ ἀναχομῆν χερσὶ σβαρῆσιν αἰμὶ  
 αἰμῶ, σὺ δ' ἔπεσον, σὺ δὲ σφί βαρεῖαι χεῖρες ἐμιχθεν.  
 Theocritus, εἰς ἐνὶ χεῖρας αἰρον ἐναντὶ ἀνδρὶ κατὰ πᾶς.

2. 15. οἱ ὁμίλῃ] ἐλλείπει δὲ ἀπὸ, 1. 60. Aristoph. μόν-  
 ος ἡμῶν σπεισάμενος.

2. 21. προμῆτορ, propugnator] At nondum aperte op-  
 pugnantur socii. Si res ab eventu sit æstimanda, pu-  
 tet aliquis esse *antecessorem*, apud Suetonium in Vitel-  
 lio, qualis etiam Turnus, — *antevolans tardum præcesserat*  
*agmen*. Nec abscedit Etymolog. m. ubi asseveratur esse  
 προμῆτον ἢ προβαίνοντα ἐν μάχῃ. nec Flaccus lib. 4. ibi,  
*Qualiter ingressus*. Ego cum esse puto qui 2. 15. videlicet  
 μονομάχον, de quo consulendus ad Il. η. Eustathius.

2. 23. φαίνε] Ita ostendere pro promittere munus,  
 apud Ciceronem. Nec aliud sunt ostenta quam com-  
 minationes.

2. 24. ὑπὸ χρομῇ] H. Stephanus edidit ὑποχρομῇ,  
 quod nullius est rei.

2. 25. ὄμμαθ' ἐλίξας] 4. Æn. Talia dicentem jamdudum  
 αὐτὸς αὐτῷ Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat Lu-  
 minibus tacitis.

2. 28. οἰόθεν] Aristoteles hist. anim. 9. 44. de leone,  
 τηρεῖν τὸ βάλλοντα, ἢ ἵεται ὅτι τῶν. Hoc modo dicimus  
 aliquem spectare à vestitu, & aliis rebus, hoc est qua-  
 tenus est vestitus. Et pulcre Flaccus de Scopulo, — *quis*  
*montibus altis Summius abit, longeque jugo stat solus ab omni.*

2. 36.

2. 32. ἐρεμνῶ, *atram*] in Scholiis Homericis hoc fere exponitur σκοτεινὸν ἢ φοβερόν. Sed quid huic conveniat loco disquiram. ἐρεμνὴ γαῖα est operta, in Θεογονίᾳ. quia summa terræ superficie contegitur quicquid in ventricoso ejus est gremio. Ea forsitan re dici hic queat vestis interior & opettior. Verum quia obscura fiunt quæ teguntur, nox quoque est ἐρεμνὴ. Adhæc rectiora nobis sunt suspectiora: igitur αἰγὶς erat ἐρεμνὴ & sic κατὰ τὴν ἑλληνικὴν. quod hujus esse loci videtur. 3. Æn. Horridus in jaculis & pelle Libyssidis ursæ. aliter I. 219.

2. 32. διπλῦχα] I. 326. I. 722.

2. 33. αὐτῆσι] sine refibulatione, præ certandi studio. I. 722.

Καλαύροπα] ἀφέλεια ἠρωϊκὴ.

2. 34. κρήνοιο] Suppleri potest εἰργασμῶν. Lucianus in περὶ ἑβραϊσμοῦ. 2. 231. Ego inter Hebraismos refero, ut sit oleastrinum.

2. 35. παπλώαντες] Gallicana, πηλώαντες; quasi si operosius fuerit extructum theatrum. cui sequens continuo carmen refragatur.

2. 36. ἴζον] Sedent spectatores, vel ut iudices, vel ut immunes negotii, vel ut commodius spectent.

2. 37. φύλῳ, *naturam*] Eadem utriusque fuit natura, sed diversa μεγρότης dignitas, & δεξιότης seu κάλλος, facies denique corporis universi, & forma exterior, quæ si φύσις sit dicenda, non ἀρχὴ κινήσεως significabit, sed αὐτοφύειαν, quæ non adsciscitur curatura. Hujus φύσις etiam est, statura. Fuit enim Amycus πρῶτος, vit mensurabilis, Latine, *statutus*.

2. 40. Φανδρὸς ἐν ὄμμασιν] hinc Virgil. Æn. I. Casariem nato genitrix, lumenque juventa Purpureum, & latos oculis afflarat honores.

2. 45. πῆλε, *concusit*] rectius Æn. 5. — alternaque jactat (Dares) Brachia protendens, & verberat ictibus auras. Ubi præterea ictus isti lusorii vocantur pralia prima:

quia sunt pugnae antecœnium. Ejus finis, ostentatio roboris, exploratio brachiorum & ἤξις seu incitatio. Statius lib. 6. — *inclinant tantum contraria jactu Brachia, & explorant castus*, (de quo 2. 57. ἀλλὰ βάλω πρὸ χειρὶ) *hætantque terendo*. Hanc antiquis σιαμαχίαν mire facile probatam Eustathius ait.

2. 49. ἐρέχθω] Schol. ἐπεθύμω. sed hoc est in ἐελδο-  
μύω 1. 275.

2. 52. ἰμάντας] de duplici cæstum genere scriptum à Pausania l. 8. ibi. πῶς ἢ πυκνὰ ἔσιν.

2. 56. ἴνα μὴ] in Scholiis pro σιαμψὶς legerem ἑαμψὶς.

Ἀτίμωσαι, *accuses*] è Scholiis quod notandum fuerat à Lexicorum scriptoribus. Scholiasta hic τὸ βάρβαρον & Ἀμύκωσιν notat: idque hoc præcipue argumento, quod victus Pollux minus stomachari sortitionem potuerit quam cæstum liberam electionem jam tum concessam. Quæ mihi præpostera esse videtur sententia. Nam fors tollit litem, sed non finit querelam: & facilius accusamus fortunam quam nostrum judicium: nec laudantur magis fortunati imperatores quam prudentes. Turnus itaque laudem fortitudinis invidet Æneæ, cum ait, *Vtere sorte tua*. Multo barbarius, opinor, est, quod idem Amycus sibi certam promittit victoriam, & simul ominatur Pollucem in futurum aliis esse memoraturum, quantus sit artifex cæstum.

2. 58. ῥινὸς βοῶν] Homerus dixit βῆς. Unde Plautus, uti statuo, suum mutuatus acumen in Asinaria, *Vbi vīnos homines mortui incurfant boves*.

2. 64. παρηγορέοντες] Iliades ψ. Τὸν μὲν Τυδείδης δεικλυτὸς ἀμφοτερονεῖτο, Θαρσύνων ἔπεισιν· μέγα δὲ αὐτῷ βίλετο νίκῃ. Ut Minerva Ajacem Sophoclis alloquitur, *χεῶ χειρὶ*: Atque antagonistæ etiam inter se hortabantur, sed animo amarulento. αἶρε πλῆκτρον, εἰ μάχῃ. Aristoph. ἡδὲ τὸ πῶς ἡδὲ τῶν, Ijobi 38.

2. 65. ἤδεν] Hic cauto incedendum pede, nec assentiendum

tiendum Grammaticis qui ajunt esse hoc veluti fictum ex ἡδεσων, ut Moschopulus in 1. ἐργων Heliodi, *λω* (πληθωλικῶς sumtum) γίνεται ἀπὸ ἡδεσων καὶ συγκρηπλω τὸ σα συλλαβῆς. Noster sobrie loquitur Scholiasta, sed non satis explicite. Si ego audiar, hæc Hebraica censebitur enallaga, ut sit, neuter istorum notat. Nam ἡδεσων est sensu meo pro ἡδεσ, ut *λω*, τρίτον ἐνικῶ pro ἡ. Psalm 73. *τω* καὶ. ἀγαθόν, ἔπαινον ἐφίεται. 1. ἡδικῶν, quod ab uno quoque expetitur, id ei est bonum. Euripides in Jone, ἐν *λω* δὲ ὑφαντῶν χράμμασιν ποικίδ' ὑφαί. ubi requiritur continuo, ἔρανος, ἡλιος, alia.

2. 66. ὑπερβαίνει] mortem. ἀφημισμός. Flaccus quarto, *Nescius extremum hoc, armis innectere palmas* *fac famulis.* Æn. 6. — *extremum fato quod te alloquor hoc est.* ut μέγα π βόαν.

Δήσωνες] ἐνδήσωνες, pro ἐνδήσων. 1. 646.

2. 75. αἰσίων, evadens] è Scholio, ὑπερβαίνει. Quæ ad rem non pertingunt, & Apollonium in culpa αἰσίων, ἡδεσων ponunt. αἰσίων est corporis agilitate huc illuc moveri. Virgilianus contra, utpote lenior, *Stat gravis intellus, nisuque immotus eodem, Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.* Delicatiores Statius, — *motu Spartani acuto Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes.* Motu acuto est αἰσίων.

Νοήσων] Virgilius, *ictum velox prævidit.* nempe prægnantiores solum ictus vitavit Pollux.

2. 77. ἡπε] Gallic. ἡπε. Si nihil hic sit mutandum in scriptura, sensus erit talis. Animadversa Pollux & vitata pugilatione, aut ejus parte atrociori, qua erat innoxia πυγμαχία, & ad inferendos ictus opportuna, eatenus ipse quoque ictus intulit Pollux. At H. Stephanus in Thes. κέρτ (κάρτ legendum) ἀάατ, ὁ ἀβλαβῆς, robore inviolabilis. sed non addit uternam sit pugilum intelligendus. Scholiasta pro κάρτ legisse videtur κέρτ, & alioquin parum explicat.

Meam versionem sic legi præoptem. — *quia erat roboru innoxii & perviam facta.*

2. 79. ἀνλίξοα, parata ] Scholia melius hoc declarant. 1. 369. Et Heraclitêum illud ἀνλίξεν συμφέρον, ἡθικῶν 8. 1. puto esse ἐναυλοτροπιῶν, de qua Diogenes Laërtius, δι' ἧς (ἐδόκει αὐτῷ) ἠρμόσθαι τὰ ἐντα.

2. 80. ὀπιβλήδω ] quasi incumbenter. 2. 84.

2. 81. ἄηται ] ab ἄημι, vel ἄω. 4. 884.

2. 87. ἰδρῶ ἄλις ] Sustuli ὑποδιαστολῶν, ut est 4. 656. & alibi.

2. 89. φορβαίδω ] Virg. aut aliquam in magno sequitur grege, Ecloga 6. 1 Regum 4. 177 ἡ βοῦν πασχει. Idem poeta hanc comparationem dilatando fecit suam, 3. Georg.

2. 90. ἐπ' ἀκροτάτοις ] Virg. Constitit in digitos extemplo arrectus uterque.

2. 94. γόνυ γένος ἀμείβων ] Eustathius explicaret, ἀθροῖων ἡρέμα, aut ἀθροδίζων. Sed lentor huic temporis non est conveniens, & sequitur, μετὰ γένω. Flaccus 4. Dat genibus junctis latus, &c.

2. 95. ὀσεία ] lateralια κροτάφω, ubi κροτῆσι τὰ φων ἀφέρει, ut volunt anatomici.

2. 96. ἀμ' ὀδυῶν ] melius est ut legatur ἀμφ' ὀδυῶν. Scholiasta enim declarat hoc, ὑπὸ ἀλγηδόνω.

2. 97. ἐκχυλο θυμὸς ] Virg. animam effundere. & Purpuream vomit ille animam. Aristoph. ἐν Νεφέλαις, ἐκπίνειν ψυχῶν, exorbere sanguinem. Ubi Scholia inter tres ψυχῆς formas ponunt τὸ αἷμα, ὅπερ ἐστὶ μόνω τῷ ζώων. Critias pronunciavit animam esse sanguinem, 1. πρὸς ψυχῆς, 2. Quocirca effundere animam est interficere, in Scriptis Sacris.

2. 98. ἀφειδήσαντες ] Iliadis 1. αἰεὶ ἐμὲν ψυχῶν ἀφειδήσαντες πολεμίζεν. Περσέων 20. 24. Judicum 12. 3. ἡ ψαῖον ἡ ψαῖον ἡ ψαῖον. Unde generatim est contempnere quidvis, Lucretius hoc vertit, reparcere l. 1.

2. 99. ἀζν-



Scholiasta, αὐτὸ σὺ τῷ δῶρι, ut intelligas velum extendi atque erigi. Sed esse puto, ἐν τανύσασιν, pro quo est ἐντείνασθαι κεραίῳ, apud Plutarchum. pro iisdem autem sunt κέρας & κεραία, &, ut divino, multo scitius Scholiasta legit, κεραίας, ad 4. 906.

4. 891. εὐκροῆς] 4. 821.

4. 892. ἀνθεμόεσσαν, *Anthemoeffain*] perperam. nam hoc quoque loco pannus, unde fabulosa conficiantur nomina, deficit.

4. 897. προσώεσκον, *oblectarunt*] è Scholiis, ἔπειν. Sed ibi legendum erat ἔτραφον aut alio sensu ἔπειν, satiabant. de illo verbo est in 1. 909. Hæc autem fabula abstrusior fortasse ad amplificandum decus prisca Sirenum pertinet, quæ solo Proserpinam cantu nutrierint. Sed immutatae sunt plane postquam à Musis victæ discesserunt & deplumes.

4. 900. ὄρμη, *alta*] è Scholiis sinistre acceptis.

4. 906. τανύσας, *extendens*] non cithara extenditur, sed corium. Orpheus, Εἰ μὴ ἐγὼ Φόρμιγγα πλαιόμεν παλάμησι. Alibi, αἰείετο πηκίδα καλλιῶ. Mihi hic τανύειν esse videtur protendere vel ante se tendere, atque adeo tenere manibus. Sic enim ἐπίπτη ἰμάσι currus, continetur loris, οἷα πλεκτὸς δι' ἰκρίων. Il. ε. vel δεσμῶτι Il. κ. ubi de dentibus galeæ scortæ est sermo, qui intus loris obductis tenentur, ut exterius adhærescant. 4. 890. Contra Ulyss. τ. κίονες ὑψὸς ἔχοντες, hoc est ἀναβαίνοντες, in altum tendentes. 4. 940. Sed & arridere cui possit τανυσμὸς χορδῶν, de quo in Ulyss. φ. & carminum Horatii initio, ubi tendere barbiton dicitur Polymnia. ἐν respondet τῷ 2 etiam Latine, in manu tenere. Quia & ὄργανον est ἡ χεὶρ & locus. ut clare perspicitur in Ps. 25. πῆρ' ἢ σὺ Deus tenet in manu calicem, vel calix est in manu Dei. 4. 982. Plautus Mostell. abripite hunc inter manus. 4. 1144. 4. 1155.

4. 907. κραυπνὸν μέλῳ ] μέλῳ τάττεται καὶ τὰς ὀξύτητας καὶ βαρύτητας σιχρίων. hoc est vocabulorum: Dionysius Halicarnassensis πρὸς δημ. δεινότη. Gellius mihi altitudinem utrumque semel videtur appellasse. l. 16. c. 18. *Altiot* (vocis mensura) μέλῳ. Nam vox alta, qualis quidem est puerorum & mulierum, acuta dicitur: ὅπ κινεῖ τὴν αἰσθησιν (ἀκρωτὶ καὶ ἀφρωτὶ) ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὅτι πολὺ. 2. πρὸς ψυχῆς, τ. 86. Nimirum stimulo egebant magis nautarum animi quam veete.

Εὐπροχάλειο] Hanc verborum esse virtutem censeo, & προχάλειο quidem. de qua Dionysius idem in Isocrate, & Horatius loquitur, cum verba ait per dithyrambos devolvi. Non enim languidam tempus sed facetam orationem postulabat: nihilo tamen secius ista ad quantitatem vocis & modum pertinent, quem musicorum vulgus vocat tactum. neque enim putem μινυρισμὸς & vinnulatas voces Orpheo aut Nautis magis convenire quam Sirenibus: quæ omnia quam testatissima sunt verbis sequentibus ὄφρα & ἄμυδις, ὡς φυσικώτατα excogitatis.

4. 908. κλονέοντῳ ] Orpheus, χελυκλόνος Ἐρμάωνος, Mercurii.

4. 911. ἄκλειον ] Hæc egregia dictione σύγκλεισις cantus Sirenum & Orphei obsignatur. Comprehendit autem sermonis crebros hiatus & obscuritatem, & quicquid Orphei opponi cantilenæ potest.

4. 912. εὖς, bonus] Etymologus, γυναικὸς καὶ ἰαχυρός, καὶ ἀγαθός. 4. 897.

4. 913. πρὸ φθαίμεν, praescipatus] sed active hoc loco ponitur, ut ab Aristophane ἀνέωξάς με φθαίσας, & Homero, ὑποφθαίμεν εἶπεν. hic igitur erit sensus, antequam vel ipsi enavigassent Sirenes, vel iste retineretur à sociis, insiluit.

4. 917. ἔρυκα] Hujus fabulæ soboles est ea quam persequitur Diodorus l. 4. de Eryce Veneris marito,

326 JEREMIAS HOELZLINVS  
Butæ filio. Eryx tamen mons apud Polybium est inter  
Drepanum & Panormum.

4. 924. ὑπὸ, *pra*] quasi sit ὑπὸ κύμα] *Θ*.

4. 925. ἤχ] Fluctus poeta ait insanire formidolosus, ubi ignes eieciuntur. Quare Vulcanus follibus ludum dare jubebatur.

4. 936. χάσμα] hoc reprehensum ab Julio Scaligero munierit Artemidorus in *ὄνειρα*. ubi hoc prosperum esse signum ait. Eadem autem fere est signorum interpretatio quæ dormientibus objiciuntur & videntibus.

4. 936. *παραβάδην*, *ex obliquo*] est Homericum *διεβῆξ*, quod est *ἐκ πλάγῃ*, & quia multi sunt *πλάγιοι*, hoc est æquo spatio inter se vel à navi distantes.

4. 942. itaque *πλάγιοι* erant navi, nec recta ei obvertebantur.

4. 937. ἐπήτριμοι] hoc Scholion recepit iisdem verbis Varinus. sed inest *σλοικόν π* in verbis, *ἀλλήλους* & *νηχόμενοι*. Explicari autem potest illis v. 242. *ἄλλοι δὲν ἀλλήλοισι*.

4. 943. *κόπην*, *feriebat*] navem inter fluctus feriri à fluctibus novum non est. *κόπην* est hoc quidem loco pellere feriendo, quod dilucidius cernitur in *ἀντικόπην*, *περικόπην*, aliis.

4. 945. *κρημνοῖς*] *κρημνὸς* censeo esse fluctus altos & præruptos atque adeo pendulos. Virg. *Hi summo in fluctu pendent, his unda debiscens Terram inter fluctus aperit.* nec aliter dicitur *aqua mons*.

*Ἐναλίγκιαι ἦέρι*] Quia dæmonum corpora ærea faciunt Platonici. Ne quis Nereidum agilitatem mireretur valdius. vel simplicius cape. ut est mons ærius, hoc est altus.

4. 947. ἠρήρεινλο] putem hoc *τμητὸν* esse ὑπερήρειον.

4. 948. *αἰγιαλοῖο*] ut est Ulyss. ζ. de Nausicaa. & Ulyss. θ.

4. 952.



4. 952. μετὰ χρονίω] ποτὶ νέφεα σκιδέντα, Hom. Nam signatur σφαίρας παιδιὰ, quæ dicebatur ἔρηνια, & erat pilæ εἰς ἔρηνον ἀναβολή. Eustath. Satis autem erat operosus hic ludus. Nam ludentium alter resupinato corpore altissime eam submittebat, alter inter saltandum & salientem sine terræ contactu eam excipiebat.

4. 955. ἐρδζόμενον, frementem] 4. 800.

4. 961. αἶσα] Schol. ἀλασήματ' μοῖραι· probrosum sane deabus, ni significare poëta rei arduitatem velit. Ut sit portio altera νυχθημέρα, seu dies vernus artificialis. Nec tamen video quid impediatur, quin trihorium vernum possit intelligi, hoc est, una ex quatuor diei verni partibus, aut hora etiam una de duodecim. Quæ enim hic extra hoc spatium fieri memorantur 4. 979. ea quatuor horarum intervallum videntur excedere.

4. 965. τρινακίας] Sic δῖφρονότερον μετονομασθεῖσα, cum prius esset τρινακρία, Strabo l. 6. Est autem δῖφρονία, mollior περφορεθ', quæ & δῖσομία.

4. 974. καλάβροπα, baculum] alibi legitur καλαύροψ· ut II. ψ. cujus loci in Scholiis mentio. videatur alicui esse καλαύροψ, ut insertum sit vel ἰασὶ υ, vel β Λισλικῶς.

4. 978. κεράεσιν] in κεράεσι δακτυλισμὸς est.

4. 979. ἐπ' ἡμαῖ, uno die] perperam.

4. 983. ἀμφιλαφῆς, magna] Scylax de eadem, λίμνας ἔχουσα τρεῖς καὶ πλὴν πόλιν. τρίτων ὁ εἰς κάλλισ·. vel non nuda gignentium, ut Sallustius loquitur. In ea enim insula ὄγχνη ἐπ' ὄγχνη γηράσκη, μήλον δὲ ἐπὶ μήλω. II. η.

4. 983. πίερα, dives] ex sensu poëtae, si de urbe aliqua sit sermo. Xenophon 6. ἐπὶ λιπυκῶν de eadem hac Corcyra, ἐδήκ' ἐξεργασμένη μὴ παγκάλως ἐπεφυτταμένη πλὴν χώραν, μεγαλοπρεπεῖς ἡ οἰκῆσεις ἐοικῶνας κατεσκαδασμένης ἔχουσαν ἐπὶ τῷ ἀγρῶν. Homerus ἐρίβωλον vocavit, Dionysius λιπαράν.

4. 985. *πρωτέρων*] Et inuerecundiorē istam fuisse  
priscorum philosophiam omnes concedunt.

4. 986. *οἱ ᾗ*] forma loquendi scholiastis usitatissima.

4. 990. *ἐκλήϊσαι ὄνομα*] Scholia *πεφήμεται*. melius  
Hartungus, vocata est. Virg. *& te crudelem nomine dicis*.  
Ergo ὄνομα pro κατ' ὄνομα. Eurip. Jone, *τίπῃ κελή-*  
*σμήνῃ Μακράϊ*. 4. 1153. 4. 1514.

4. 992. *ἤνῃ*] *Ul. η. αἰεὶ γὰρ τὸ πάρῃ γε θεοὶ φείδον-*  
*ται ἐναργῶς ἡμῖν, & quæ sequuntur ibi.*

4. 994. *ἀγανοῖσι*] aut *ἀγανῆσι*, κανονικῶς. 4. 942.

4. 998. *ἀνὰ πληθύν, in populo*] Cui scilicet erant  
immisti, aut magis ipsi inter se, 4. 1058.

4. 999. *τῷ, εἰ*] populo. tanquam esset τῆ. Meos est  
sensus, τῷ referri ad οἶον. ad quod exprimendum ite-  
rum Latinitas fere est inutilis. Il. λ. *αὐτῆ Τῷ ἰκέλη, ὡς*  
*εἰ ἐ βιώατο &c.* 2 Corinth. 11. *μετὰ χημαλίζοντες ὡς Ἀγ-*  
*κνοι δικαιοσύνης.* Cicero, *Similes sunt ut si qui dicant gu-*  
*bernatorem nihil agere. & quod est non dissimile atque in*  
*Salonium.*

4. 1000. *βοῆ ἐνι*] *jungo, ἐπιθωρήξασθαι.* aut *βοῆ ἐπι.*

4. 1003. *ἐπέρησαν, penetrarunt*] inepte ad senten-  
tiam penitiorē, qua Colchi secutores à Colchis se-  
cutoribus distinguuntur.

4. 1004. *ἔξαιτον, abreptam*] perperam. Sensus, in-  
tegro pellis jure, primum Medea est reddenda 4. 231.

4. 1006. *ἀτροπίησι*] *ἔρηξ* Exodi 1. Græc. βία quod  
est tenuius. Schol. *ἀμετὰ τροπίαις*, 4. 1047.

4. 1007. *αὐθι, ibi*] melius 4 *Æn.* *Nunc olim quocum-*  
*que dabunt se tempore vires.*

4. 1015. *ὦ πατρί*] 1. 285.

4. 1016. *φέρβεται*] huic respondet Homericus *αἰνῆς*  
*σιτοφαίγῃ*, *Ul. 1.* qua de re 1. 685.

4. 1017. *σὺν κελῶθῳ, cum impetu*] *κέλαθῳ* etiam  
videretur esse itus, ut in Homeri loco *Il. γ. θεῶν δῶπιπε*  
*κελῶθῳ*, quem Eustathius non sat candide interpre-  
tatur.

tatur. Est autem totus, ut ego arbitror, μιμητικός, hoc sensu. vis desperem reditum in cælum, seu ἀποθέωσιν. unde Virgil. *Quid me cælum sperare jubebas?* Superest ut dicam signari Ætæ in Græciam irruptionem, de qua 4. 741. & seq. Sic Pindarus, θεῶ σὺ παλάμα. ut hic oriatur sensus. Nos repetimus nunc Medeam, mox Ætæ duce repetemus pellem & Absyrti ulciscemur eadem. 4. 230.

4. 1023. ὄτ' ἤλιτον] 4. 413.

4. 1024. μήτηρ, virginitas] probissime. 1. 288.

4. 1027. τελεσφόρον] quod accipi puto, ut 1. 252. 1. 917. & ἠθικῶν 1. βίβλ. τέλει.

4. 1028. ἀπορρήτιο] hoc maxime in optatis olim fuisse cognosci potest ex 4. 534.

4. 1031. ὑμέων] σύγχυσις in mulierem turbatam exacte conveniens. Est enim ὑμῶν ἔνεκεν.

Ω.] Stephanicum, ὦ, recte, 4. 1383. Ὠρακλιισμόν autem in ὦεῖ & ἀμφὶ à Scholiasta hic annotatum jure notat H. Stephanus.

4. 1032. ἰότης, consilio] imo opera. Ul. λ. Areta sic loquitur, — πολλὰ γὰρ ἡμῖν κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν ἰότης κέοντι. Quod Comicus dixisset, *deum virtute.*

4. 1034. ἐκκείρειτε, metebatis] Schol. ἐξεθερίσατε, & sane fuit ἐκκείρειτε. Emeterere est in Horatio, ut ἐκπικρ.

4. 1039. γλυκεροῖσιν] ἐνηλαγαμφύως. ut tunfus gallæ sapor. 4. Georg.

4. 1042. δείσατε σωθεσίας] Hinc est quod timidi Latine sunt religiosi, & Maronis, *jura fidemque supplicia erubuit.* & βασιλῆε ἐφετμὴ μὴ κέπιδείδθι, 2. 617.

4. 1043. νέμεσιν] Scholia νεμεσητὸν, falso. Jungenda enim νέμεσιν θεῶν, ut est νέμεσις ἐπέων in Epigrammatis, & Horatii Epodis, *euntium indignatio.* ad ἐς χεῖρας, ἔξωθεν aut ἀπὸ κρινῶ ληπλέον, δείσατε. ut idem Horat. *penna metuente solvi.*

4. 1046. οἶδθι αὐτὰς] puto esse, quod οἶδθεν οἶ,

2. 28. & alibi. *περβαίλωμαι*, in Schol. est f. *περσβ.*

4. 1047. *ἀτροπίης*] ἔνεκα. ut *felix cerebri*. Horat.

4. 1049. *τήνυσιν*] *prehendendi causa*. Genes. 3. 17. *ἤρῃ*. Hic priscus est *preecantium gestus*, ut manus in cælum tendant, tanquam *prehensuri Deum*: ac is hoc *everso seculo abunde risum movet*.

*καί*] Gallicum, *κε*. *præferam huic illud*, & *legam eis ὄψεσθαι* 4. 1039. Nam sic *καί* positum Il. χ. v. 53. & Scholiasta retinet *καί*.

4. 1058. *ἀν' ὄμιλον*] 4. 998. contra, 4. 1068.

4. 1059. *ἄνδρες*] *ἐλείπει ἢ σῶ*.

*κατὰ κήλησε*] *verbum παρορθεῖν* in Lexicis.

4. 1064. *χηροσύνη*] ut ponitur ab Homero *χίτη*. vel *ἀ χηρόσῳ*, *ἀνάλογον τῷ γηρόσῳ*.

4. 1067. *εἰλείπει*] hæc iteratio non est *vitiosæ ὁμοιολογίας* tribuenda, sed *τῷ καιρῷ λέξεως*.

*Πεπαρημόν*] Sic est in Il. ε. Lucæ 2. *ψυχῶν διελθούτων ῥομφαία*. & *Περίξων* 7. *διεπρίοντο*.

4. 1068. *τῷ*] 2. 1135.

4. 1072. *κρείδιον*] *ἡγήσῃ ἡγήκ*, *ducem adolescentiæ tuæ*, Proverb. 2.

*Θαλεροῖσιν*, *efficacibus*] *pro μαλακῆς & juvenilibus* ponitur, atque adeo *conjugalibus & familiaribus*, quod velle utriusque videtur *relati expressio*, ut in Marone, *frater ne desere fratrem*. Eadem de re bis legitimus *φίλ*, *φίλε*. Sed alterum tamen *ultro consequitur*, *efficacitas videlicet*, qua fit ut non *verba modo sed rem loquamur*. quo merito Horatius *Maronianam orationem facetam* judicat. confirmatur autem hæc *expolitio mea* eo quod est 4. 1096. & seq. At ut hoc quoque *ἄπυμétrως* dicam, *facetis mihi videtur dici pro facietus*, nempe *cujus χάρειν πρὸς ὤπιον* est, ut *rosatum est*, ubi *multæ sunt rosæ*: sane *χάρεις* *venustas*, aut *accenditur ὑπὸ χάρεις* aut *inflammatur*. Nam *ἐξαιρέτως* *pars capitis non capillata* hoc *promeretur*, ut *vocetur venusta*,

venusta, cujus quasi thalamus penetratior, oculi, quibus lætus faciei honos à Virgilio peculiariter transcribitur, & Hesiodo, cujus est, *χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῆ*. Unde profluit τὸ ἡδὺ, cui si associetur καλόν, eam aliquis faciem absolutam & κεχαρισμένην ex vero appellaverit, & ejus possessorem facetum. quæ vox veteri sua patria abdicata, ad ἀγγλῶν migravit. Quia ut Dionys. Halicarn. ait, ἡ ἀκροῦ ὁμοίον πᾶσι τῆ ὀργῆ. Quocirca oratio faceta est ἡ δὲ ἀπὸ καλῆ, quod ubi conjuncte reperiunt aures, *δὲ κῆντι κὶ ἔδεν ἐπὶ ποθῆσιν*, ut idem loquitur Criticus in *πρὸς σιωθ. ὄνομα*. Nec tamen continuo facit oratio faceta quod vult, ut censuit Donatus, quod magis proprium magicæ aut imperatoricæ; nec Comica oratio faceta est, nisi loquendi usu: quandoquidem destituitur fere τῷ καλῷ, ejusque parte non ultima τῆ σεμνολογίᾳ. In Glossis igitur *μὲ πρὸς θήκης*, quæ imbecillitatem prodit, Facetia dicitur *χάρις κωμική*.

*Πρὸς Πύραγγο, orabat*] Atqui hoc illud est quod 4. Æneidis, *reginam ambire furentem*.

4. 1073. *ναὶ φίλῳ, profecto dilectus*] Est sane approbatio eorum quæ hic fuerunt jam dicta, *κὶ τὸ σιωπώμενον*. Matth. 11. *ναὶ πᾶσι*. & sæpe Homerus, *ναὶ δὴ ταῦτα*.

4. 1076. *ἴδμεν*] Exodi c. 5. *πῆρ πῆρ κὶ*. hæc exponuntur à poëta 4. 1101. Psalmo 79. 9. *πῆρ κὶ*, periculose vertitur quæ (gentes) non agnoscunt te. Nam pro his Deus est orandus, ut ipsum agnoscant. Est igitur hoc ad implacabiles piorum hostes applicandum: qui iidem præfracta Dei contemtionem agunt male.

4. 1078. *κατέκλασε*] *σιωθὺ πῆρ καρδίαν, Προξέων 21.*

4. 1081. *χεδάθεν, ferme*] *scitissimæ ἐννοίας conspurcatio.*

4. 1084. *ἔθεν*] ipsa Medea. 3. 1187. 4. 95.

4. 1089. *δύς ζήλοισι, acerbi*] nec male. Ill. η. explicatur ab ipso Homero, *μαψιδίως κεχολῶσται*.

4. 1090. μήσαλο] ut Sophocles in Antigona, Τί τῶν  
ἀνιᾶς με;

4. 1092. ἔδ' ἄσπυτηλῆ] in Epiro magna, Ul. σ. ubi  
de hoc Echeo plura.

4. 1093. κέντρα] Dirum supplicium, maximeque  
filia. Jehoschuae 23. Gentes erunt vobis in flagellum  
lateribus vestris, οὐρανὸν οὐρανῆ. Eandemque ῥαῖνα  
Cyclops subiit Homericus.

4. 1094. κάρφετι, τορμετι] quod esset σρεβλύτι  
vel βασανίζετι, vel σράγετι.

4. 1095. χαλιθόν] χαλκᾶς κειθᾶς, Etymolog. ubi  
hoc Nycteo adscribitur. Sic autem duritiem laboris  
& granorum significari putem. In Scholiis, ἀλιτῶσι  
f. ἀλιτῶσαν.

Εὐὶ καλιῆ, in casa] καλιᾶν esse puto qui καλιῶς apud  
Hesychium, nempe δεσμωτήριον. quod ἄφρημος est  
οἴκημα. alias κῆρ carcer à κῆρ clausit. Livius, ut in robore  
& tenebris exiret. Auxiliatur meæ sententiæ Ὀπίθεω  
ὄρφναίη, & quod de Schimschone exoculato scriptum  
est Judicum 26. Hazzæ erat molens οὐρακῆ τῶ, in  
domo vincitorum. Æschylus in Agamemnone dixit  
σκόπον, ex emendatione Jos. Scaligeri. respice sis ad.  
I. 170.

4. 1100. ἀλλὰ διός] utinam hæc omnibus verba tri-  
bunalibus incidantur! quorum putissimus fons est.  
2 Chronic. 19. v. 6. πηγή ἰσχυρῆ. Nempe iudices non  
sunt iudices, sed subiudices Dei.

4. 1102. βασιλῶτερ, potentior] recte hoc. Home-  
rus enim sic se explicat Ul. ο. Non tamen est exceden-  
dum hoc regni genere, quod ἄβαρβάρων dicitur 3. Po-  
lit. & ab aliis magis rebus quam virtute commenda-  
tur, & diuturnitate. De regni Colchici amplitudine  
tradiderunt Plinius lib. 6. Strabo lib. 11. Barbarorum  
vero firma esse regna demonstratur illic. Quia censean-  
tur regna, quatenus sunt legitima & patrita, tum quia  
sunt

sint in barbaros, seu Asianos, capita nempe servilia: unde illa herilia esse & tyrannica incipiunt, ut verti quis potuisse arbitretur, imperiosior, quod & utilius est ad sententiæ tenorem. Areta dixerat plus gratiæ à Græcis esse expectandum ob vicinitatem, quam ultionis ab Æata metuendum ob longinquitatem. Negat hoc Alcinous, cui & potentia illius erat cognitior & ingenium, quod libris superioribus satis est depictum. Firmatur hoc evidentissime verbo ἀθερίζεμεν; & alterο ἐθέλων. Quas ob res βασιλεύπερ aliter dicitur Agamemnon, aliter Æates, & quidem lacesitus injuria.

4. 1104. μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις] quia unæ nuptiæ ratæ habentur jure naturæ, quæ mysticæ illius copulæ apparatus in duos direxit solum. Juri gentium consentaneas esse nuptias primas inde colligi potest, quia nemo duas vivas habet uxores, suffragante bonâ conscientia. & κρείδιον λέχῳ, legitimum & merito primum existimatur; licet Persæ apud Herodotum existimarint se cum pluribus κρείδις ἀλόχοις vivere jure posse. Jus divinum pro me stat aperte, Exodi 22. v. 16. cui nihil patris derogat scævitas, de qua v. 17. ibidem. Jus civile Romanum Alcinous ignoravit, utpote novum & particulare. Denique Canonicum jus nuptias sine parentum consensu contractas dirimi vetat.

4. 1107. ἰθύνω, volo] pravissime. Quia enim contractus iste agnoscit tribunal δικαίᾳ ἐπανορθωτικῆ, signatissimo poëta utitur verbo. 4. 1105.

4. 1113. μετὰ ποιπνύουσι, observantes] ποιπνύειν Homerus ipse explicat, ὄπισσ' ἀμύως πονεῖσθαι, Ul. v. 4. 1399.

4. 1117. ἰὸν, solum] Flor. & Steph. ἰών. quod melius  
4. 1186. Estque hic ὠθύσεις. qua oratio ἀπαγγελικὴ revocatur ad Δαλογοσικῶ. Epico carmini convenientiorem. 2. 1217.

4. 1125. ὑλικῶ ἐν λιμνῆι] sic σῶμα Πόντον, 1. 990. Scholiastes hic alio peregrinatur, nec attingit rem ipsam.

Πᾶσαι]

Πᾶσαι] legati virtus duplex uno comprehensa verbo.  
4. 1128. μακάρεσσι] ad libationem.

4. 1129. Ἐπιβώμια, votiva] & hoc aliquis inscitius esse dictum censeat. Ἐπιβώμι Ⓞ est Ἐπὶ βωμῶν aut ἐπὶ βωμόν. In mea versione fuerat scribendum, *caste jugulatis in aras*. ἐρύσασθαι esse puto pro αὐτὸν ἐρύσασθαι, ἄνω τρέπειν jugulandi causa. Pausanias Grammaticus καὶ ἐπὶ θυσίας κείσθαι τὴν λέξιν ait, in παρεκβολαῖς Archiepiscopi Thessalonicensis ad. II. σ. Virgilius cum hunc locum animo teneret, ut equidem sentio, sic expressit. — *partesque ex omnibus agris In flammam jugulant pecudes.* Cui non adeo dissimile quod in Iphig. Eurip. ἐπιβώμια σφαγία. Virgil. *Multa tibi ante aras nostra cadet bestia dextra.*

4. 1132. μελίφρον Ⓞ, melliti] è Lexicographorum pulpitis raptum, ut omnia. μελίφρων est ὁ φρονῶν τὸ μέλι, ut μεγαλόφρων, ὁ μέγала φρονῶν. alio modo αἰ Ⓞ dicitur μελίφρων, quem tamen ipsum ignoratunt. Quod enim Eustathius explicat, μελιφρῶν, id nimis est grammaticum & quæsitum. Alius mihi est animus, hic nimirum. φρονεῖν valet νοεῖν, quasi mentare, mente uti, cogitare, sapere. Inde est quod φρονεῖν valet αἰσθῆνεσθαι, sentiendi exere facultatem, in Sophoclis Aiacæ, ubi commendatio ἀλυπίας. ubi tamen, quod neque H. Stephanum latuit, de dolore animi cum loqui certum est, qui etiam in corporis ἡδυπαθείᾳ summus esse potest, ut Psalmo 14. 4. Ab hoc igitur communi sensu ad proprium proclivior verbi erat devolutio, quamvis ejus usus exempla non suppetant, indeque ad gustatum. Quoniam vero id quod nos passive sentimus, simul active sentitur, & active sentitur quid, cum immittit sensui αἰσθητόν π' idcirco quod gustatur id non sapi sed sapere dicitur, hoc est, sua qualitate γέυσιν irritare. Unde cognoscitur μελίφρονα οἶνον esse qui eo palatum sapore inficit, quem mel solet, quod est, καὶ τὸ μέλι.



4. 1133. πολυκμήτιο, utilis] nihili est hæc interpretatio. nam sic olea dicitur, quod multiplicem poscat culturam. Virgilius igitur 2. Georg. solum χεῖκῶς loquitur, Non ulla est olea cultura. Plinius, ars vel major oleum quam mustum temperandi. vide sis cætera l. i. c. 15.

Πῖαρ ἐλαίης] Maroni ibidem, pinguis oliva. i. i.

4. 1135. ὦ ἐνὶ κέλπῳ] 3. 734. Macris tactum fulmine Bacchum exceperit & educavit.

Υῖ περθε] De lecti apud veteres structura Eustathius ad Il. ω. ὑπόκειται τὰ δέμνια, Ἰπιβέβληται ἢ τὰ ῥήγεια, ἐσορέθησαν δὲ οἱ τὰ πηλῆς ὑπερθεν. δέμνια itaque erant quasi solum lecti, seu κλινὴ ῥήγεια, χάριν ἀναπλώσεως, culcitæ; cui delicatiores instraverunt postea ἐφάπλωμα, lodicem, quamvis istud in glossis culcitra appelletur. Τὰ πηλῆς sequebantur, ἐπὶ σκέπῳ vel etiam Ἰπιφάνειαν. tandem χλαῖναι, εἰς ἐνδυσιν. Videndus Ulyssæ η exiens.

4. 1143. πμήεις γάμῳ] Prætextu & splendore pellicis aureæ velabatur & raptus ipsius, & eum secutarum nuptiarum, δυσαινῆτων ὑμναίων, ut vocat Orpheus, culpa. quæ non cælatur verbo μιγλιῶαι, 4. 1115. 4. 1164. de quo 2. 1027. cujus ejusdem est κρύπτον ἢ γάμων αἰδέσιμον ἔργον. Sapientiæ præterea & prudentiæ contubernium excusatur beatitudinis dignitate inæstimabili.

4. 1146. θυσιάνων, simbrus] at apud Hesychium θυσιάνηρ exronitur δασύκερκ.

4. 1157. ἀρίδηλῳ, manifestus] otiosa vox, si hoc modo sit capienda. Sed est pro ἀρίζηλῳ, & hoc idem cum ἀγάζηλῳ. 4. 1006.

Ὀμίλον] vera lectio est in Florent. ὄμιλῳ.

4. 1161. ἔ μὴ] ut in vita, sic in ποιήσῃ imitatrice vitæ, plurimum valet τὸ ἀπεσοδόκηλον. & excusantur hic nuptiæ militares & tumultuariæ.

4. 1166. ὄλω ποδὶ, toto pede] & quis non ita convertisset? aliud tamen mihi mens poëtæ suggestit; & Aristoteles

stoteles τ̄ μὲ τὰ φυσικά δ. cont. 32. qui ὀλόμητ̄ε quamdam ait esse ἐνόμητ̄ε. ideoque solus vere est ab ὀλ̄, intensa prioris syllabæ quantitate. & hæc est Ἀγίνοια poëtica, qua vix alia est illustrior aut παύλωντέρα. Lucretius huic æmulus lib. 4. medio de fonte legetum *Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.* Ovid. *nalla est sincera voluptas: semper triste aliquid lætis intervenit.*

4. 1169. δέμ' ἔχεν εἰ] Euripides φόβω, εἰ πικρὰ ἀδύπτη. 1. 291. 1. 1285.

4. 1170. φαέεσσι] Mendosus locus, cujus veritas scriptura in scholiis, φαρέεσσι non facit phrasin. Si retinendum sit ἀμβροσίησιν, haud absurde scriberetur δαΐδεσσι, aut vulgatum staret, quod exhibere malui, quam conjecturam meam legentibus obtundere pro oraculo.

4. 1171. ἐγέλασαν] extra ordinem: ne fuisse cacinus ille existimeretur, qui vel media auditur nocte. Catullus, à luce resurgent. Cui contrarium illud Homericum, σκιδώωντο πᾶσιν αἴγυαί.

4. 1175. χερνήσ] quam Scylax tradidit ὀλίγω ἰλάστω εἶναι τ̄ Πελοποννήσ, tanto mirius est aut tenue aut nullum ejus rei extare in tabulis vulgatis vestigium. In ea est, ut puto, Buthrotum, quod ut Strabo L. 7. tradit ἰσημόνον ἐν τόπω χερρόνησιζοντι.

4. 1176. σωθεσίησιν] 4. 1010.

4. 1177. ἐνθ'] nonne rectius foret ἐν δ'; judicet qui legit.

4. 1178. ὧ ὑπο πολλοί] multi regalis hujus scripti auctoritate usi lites urbanas sopierunt. Iliad. β. Λοῖπός δ' Ἀτρεΐδεω Ἀγαμέμνονι ἀντίθ' ἐλθὼν Δέξαίε' οἰσῆπρον. Ως αὖ ἔχη σύμβολον αὐτὸ δ' ἐκ βασιλέως λέγαν τε καὶ ποιῆν. vel antecessores sunt οἱ πολλοί, ut commendetur scriptum ab antiquitate, ex Il. β. τὸ μὲν Ἡφαιστὸς κάμει τάλων, &c.

4. 1179. ἰθείας] hoc enim est Psalmo 45. τὴν ὁρᾶν.

4. 1188. ἀπὸ τῆς] legam ἀπὸ τ. ut 4. 1208.

4. 1191. νεοζυγες] scribi curabam, νεόζυγες.

4. 1194. ὑπαι φόρμιγ[ο] ] Pindarus i. Pythior. φόρμιγ[ο] ἀκρί βασις. i. 538.

4. 1195. σιγαλόεντι πεδίλω, *tacito pede*] utrumque male. calceis multum curæ artisque impensum quis nescit? nihil tamen neque hic neque in sequentibus carminibus vidit pristinus interpres Latinus.

4. 1201. ὡς] nihil de concepta sententia demutavit. alterum igitur mihi ὡς videbatur πονισέον.

4. 1203. ἀλέγνε] πείρατα, quod resumendum similiter ad ἔχεν. Atque hic incorrupti iudicis ingenuus est color, In sententia recta permansio; idcirco rigide rectum tenet sceptrum.

4. 1205. ἐπιζυγνώαι] interpretor firmare, quomodo Latine aliquid dicitur legibus vinciri. Iudicibus autem usitatum est ut suo iurejurando abscindant appellationes, ampliationes, comperendinationes, Ἰππεσις prolationes, & quæ his sunt affinia. Latinus interpres verustior neque aliis hic lucem præfert, & ipse quod dicit aut loquitur nescit.

ἔχεν] nempe πείρατα. quamvis τμησις videri possit, pro ἐνεῖχεν, si πείρασις avellatur verbo. Sed vid. 4. 1203.

4. 1210.] in Schol. σωεῖναι duci rectius queat à σωίημι, quam σωίειμι. ut ita parum ibi explicetur. & quomodo σωίθεις esse poterant quos Alcinous eum ante diem non viderat?

4. 1213. μὲν χρόνον, *aliquandiu post*] non potest hæc stare interpretatio cum illo δὲ μάλιστα, 4. 1211. Est autem id quod Lucianus dixit ἐν χρόνῳ. Aliter Julianus, μὲν δύο χρόνους, post biennium.

4. 1214. μέλλον] hunc memorabilem verbi istius usum interpretatione studebam æquare.

4. 1215. νεσαίης] Hic lacuna est in Scholiis, quam è Scylace explevi his verbis, ἡμέρας μιᾶς.

4. 1217. δέχοντες, *excipiunt*] Hesychius rectius ex-

poneret, *πρὸς διαδέχοντα* vel alius aliquis, *νομίζοντα*. itaque ego accipio *παθητικῶς*. Existimo autem fuisse *δέκω*, *δέδοκα* & hinc *δοκῶ*, & pro *δέκω*, *δέχω*, usitate *δέχομαι*, quod est accipio, aut magis acceptum probō, ceu *δόγμα*.

4. 1223. *ἔρϙ*] quid sit *ἔρϙ* nondum est accurate declaratum; recte exponitur *φορὸς*, quia sic via ferens quæ recta ducit ad locum destinatum, *φορᾶ* non *πλευρία*. Ergo *ἔρϙ* puto esse qui recta fert navim & cursu brevissimo; ac ἐξ *ἔριος* *Μηδραμειν* in Mechanicis Aristotelis, non ἐξ *ἔριος* *πνοῆς*, ut licenter exposuit H. Stephanus (quid enim esset navigare vento secundo, cum non est ventus secundus?) sed ἐξ *ἔριος* *φορῶς*. postremo *πλευρῶς* *ἔρϙ* constat vel natura & vento à puppi, vel arte, & vento laterali. nulla autem machina effici queat ut ventus lateralis fiat à puppi.

4. 1229. *καρῆπν*] Acarnaniam significari existimo: quo migrarunt *καρῆτες* Aetolia ejeti. qua in re longus est Strabo & incertus lib. 10. p. 320. & legerem, *καρήτων*.

4. 1233. *Λιβυσιχόν*] ut *Λίγυς Λιβυσιχός*, sic *Λίβυς Λιβυσιχός*.

4. 1235. *σύριον*] ὅπερ κατὰ σύρονται οἱ πλέοντες, Scholia. Aliter in bello Jugurthino Salustius. *Littora etenimque & saxa ingentia fluctus trahunt*. Eustathius ad *περήγησιν*, ὅτι ἡ θάλασσα κατὰ καιρὸς πνας πολὺν ἔχει *ἔριον* *ἑπισυρομένη*.

4. 1236. *βιώατο*] pro *βιῶντο*. Jonice.

4. 1238. *ἑπιβλίφ*, *innatat*] alga magis aquæ innatat, quam algæ aqua. Ego verti, illudit. quod ut defendam est necesse. Ludo verbum derivant à Lydis non pauci, quos ita refutat Jos. Scaliger in Notis ad Catullum, ut asserat & ludias undas dici quæ perpetuo motu agitantur, & Ludium esse Latinum purum putum. ut ego prius amplector, ita posterius repudio. *Nam*  
prin-

principio fuit λύζω salio (unde scaturio, in lexicis, & Ludius, ὄρχησις, apud eundem Scaligerum) aut singultio; nam singultus est ὄρμη ἢ πνέμα ἢ ἀνίσσα, item in eo πνεῦμα πιδᾶ, & ipse est πνέμα ἢ κίνησις, Aristot. Probl. sect. 33. Postea additum est β discriminis causa, quod & alias est Æolensibus usitatum. ζ autem in δ sæpissime abire vel pueris est cognitum. Hinc manifeste emergit βλύζειν esse ludere. itaque illud Maronianum, Georg. 2. *frondi tenera uri illudunt*, est, per ludum nocent, imo insiliunt. ut etiam 1. Georgic. *pestes varia illudunt*, licenter & proterve insultant aræ, ut equidem intelligo. Si quis tamen adhuc neget ista, eum convincam 4. 1266. ubi de hac eadem re est, Ἰπιτροχάει.

4. 1239. ἠερίη] ἠέρι ἴσα 4. 1246.

4. 1244. ἔλειπτο] ut non amplius natate navis qui-  
verit in brevibus 4. 1271.

4. 1246. νῶτα χθονὸς] his declaratur planities montana.

4. 1247. ὑπερλείνοντα, circumjacentia] Sic venustas  
& ἐνάργεια verbi obnubilatur.

Διλωκέες] Salustius ibidem, *ager in medio arenosus una  
specie; neque flumen neque mons erat qui fines eorum discerneret.*

4. 1248. πάτον, viam] Scholiasta πείπαιον, locum  
itineribus aptum. idem historicus, *Ibi per loca equalia &  
nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit. Ea  
magna vi agitata ora oculosque implere solet: ita impedito pro-  
spectu morari iter.*

4. 1252. ἐλομώοιο, perniciosi] ut 4. 1203. & seq. ἐλοὸν  
παρβῶ. Sed hic requirit sensus, ut δείμα explicetur res  
metuta. Eodemque modo παρβῶ declaravi. Quia  
Virgilianum illud, *Parce metu*, aliter non stare, nec me-  
tus per se perniciem secum trahit magis, quam δεινὸς  
συμφύλαξ est, ut ait Xenophon in Ἰππάρχικῶ.

4. 1257. μῦειν] cum nave hic conclusi jaetabimur.  
quia infidissima est statio.

4. 1258. πίζα, ορα] aut litus. Nam litus est ορα epici

4. 1263. πεπήότας] I. 356.

4. 1264. ἀμπνύσειαν, conuiescerent] perverse. Nam cum lignator respirat, cessat; cum ventus, laborat.

4. 1266. ξαινόμενον, percussa] non ita erat uentendum. Notunt Lexica κατὰ ξαίνεσθαι ualere etiam ueteri, aut carminari: quare neque hoc ignorare debuerunt, quod mihi hic succurrit, ξαίνεσθαι nimirum esse tenuari cum ea tenuentur quæ pectuntur. atque hæc est illa ἔχη, 4. 1238. & sic habet ηρῶ de oculis pexis, hoc est appetis, cum palpebrarum cooperacula sunt remota. 4. 1270. & seq.

4. 1280. ἀψύχοισι, mortuis] quasi aliqua spectrorum essent uiva. Sed qui tandem, ô Apolloni, ἀψυχα sunt spectra, quæ merissimæ de mortuorum animæ? Nonne dexterius cæcus ille Melesigenes εἰδωλα aut κάρλωα ἀμυλιῶα appellauit, animas inertes & ἀνοργάνους, denique excordes & incorpores? quæ tamen joco calvarias dixit interdum, τὰ κάρλωα. Sed non ita est impedita hæc res, quin possit explicari. Plerique poëtæ imponunt multitudini, cum spectra uocant animas corpore exutas. A quibus Plato sensit lib. 9. legum, ubi homicidam ait terri ab interfecto. Ac Platonem sequitur Euripides, apud quem Polydorus occisus, μητρὸς φίλης Εκάβης αἴσσω, σῶμ' ἐρημώσας ἑμίν. Ac idem se uocat Φάντασμα. At noster rem loquitur, illique osseis formis animam extinguit.

4. 1287. φαίνῃ] Hinc ebrius discessit Virgilius, cum scriberet I. Georgicorum extremum.

4. 1290. ἔσπερον] ὑπακυσέον δείλη.

Χεροῖν] hoc milites fecerunt uel summo in gaudio, uel in maxima rerum desperatione, & mortis metu 2. 731

4. 1291. δακρυόειν, lacrimas effundere] nempe pro uerbo habuit Hartungus, quod est nomen. & hoc ipse sibi finxit uerbum, cum sit δακρύειν.

4. 1293. αὐλιν, *lustrum*] Non heroicum est hoc, sed aut ferinum aut meretricium. 2. 1173.

4. 1296. θανάτῳ ἔπι, *propter mortem*] In historia Græca, πινὰ ἀπάγειν τὴν θπὶ θανάτῳ, vel πῶρα δίδοναι τοῖς δορυφόροις θπὶ θανάτῳ. Demosth. κακῶργος ὁ θπὶ θανάτῳ, nempe ὦν. ubi θπὶ potestatis est vox. ut *sub cultro*, &, *victima orci*, Horatius: *certa mori*, Virgil. Xenophon 7. παιδ. ἤλθεν θπὶ τῇ δίκῃ Κύρα.

4. 1298. πέτρης χηραμῶ, *petra caverna*] Nec improbo. sic enim est Jeremiæ 49. 16. ὑψηλὴ ὑψηλῆ, ubi itidem sermo est de nido. nempe ancillæ istæ altissimo nido, Alcinoi regia exciderant. Eustathius velit, *petra caverna*: quod placet. nam & ἀσιλάδα reperimus apud nostrum, & πέτραν ἀσιλάδα. quæ est appositio ἐβραϊκῶ ἀσλάτη.

4. 1301. κινήσωσι] Quia cantio non minus est motus, quam οἰκοδόμησις, μάθησις, κύλισις, 3. Physic. 7. & cantus movere, in Virgilianis est. & ex Euripide quidem.

4. 1304. ἰήλεμον] quod sic deduco, ἦ λάμῳ, heu Lamus, aut etiam πρὸς ἡ? Deus cur? nempe me adeo deseris? Est enim cantici lugubris initium. ut Psal. 22.

4. 1309. ἠρώσασαι] in scholiis etiam explicatur πρῶιναι, legendum igitur esset ἠῶσαι. sed retinenda est vulgaris scriptio, & in scholiis pro πρῶιναις scribendum ἠρωίνας, ut tamen scias locum esse mancum. Quia revera heroës mortui credebantur esse dæmones.

4. 1310. παμφαίνουσα, *apparrens*] vel collucens, nempe τὸ χέσιν ἐνοπλῳ in Luciani Dialogis.

4. 1311. ἐφ' ὕδασιν, *ad aquas*] sed potest esse, θπὶ χυτλώσῳ, ut Callim. ῥόω ὕδατῳ.

4. 1312. ἐνθιον] cum sol diei pater maxime est ἐν θι, in æthere.

Ὁ ξύταπυ] quia radii solis quo magis sunt perpendiculares hoc calfaetant vehementius: ea est vis reflexionis.

4. 1314. πέπλον] meum. de quo 4. 1294.

4. 1315. αὐτὰρ ὄγ' εἰς ἐτέρωσε] Totidem verbis Exodi 3. 7. πρὸ πρὸ τῆσιν &c.

4. 1320. ἐφ' ὑψηλῶ] hoc est ἐφ' ὑψηλῆς. 4. 1359. & inversim Herodotus, ἀφίεις ἔπι γῆς.

4. 1322. οἰσπόλοι, *solitaria*] 4. 1333. ἐρημονόμοι. Sed huic obstat quod dicuntur αὐδήεσσαι itaque & ipse hic earum grex adesse fingitur. Scholiasta mihi venior videtur; Si modo aliquid loci hic est δοκίσι relictum. Nam neque Callimachi contemnenda est autoritas, & Herodotus sic de Nasamonibus tradit lib. 4. οἱ τὸν ἑρῶ καὶ ἀλείποντες ἔπι τῇ θαλάσῃ τὰ πρέβρα &c. eas igitur oves καθοδαίμονες istæ fortasse pascebant. Nec ita multum subsidii est Hartungo in ipso Apollonio eas ἐρημονόμους vocante: quia sunt quæ ἐν ἐρήμῳ νέμονται, pascent in desertis, ut ἐλειόνομοι pecus quæ in paludibus pascitur. Quocirca οἰσπόλοι est οἰσώτης, quo utitur Sophocles in Aiace: at χωρὸς οἰσπόλοι, locus à paucis frequentatus, Il. ε & ν, vel ubi homines aut plantæ inter se sunt sejunctiores. Non aliter atque pastores qui non compellunt greges in unum, fortasse ob pascentium tenuitatem, aut res alias. ac sine dubio hinc hausit Virgilius 3. Georg. *Quid tibi pastores Libya* &c. Hæc diaboli servitia vocantur κέβαλοι, qui noctu in pagis hodieque putantur equos curare & alia domestica negotia. I. 921.

Χρόνιοι] Pausanias lib. 8. de Arcadibus, ἀρσάδας γὰρ δὴ ἐστὶν ἀρσάδας τὰς ἐαυτῶν ἐκάλεον ναΐδας. Sed simplicior est altera interpretatio, prout χρόνιοι νύμφαι ἀντιπύθενται ταῖς ἑσθέραις. vide 2. 506. 4. 1413.

4. 1327. σφετέρῃ] Schol. corrigat ἐν ὑμετέρῃ. qua injuria simul afficit Hesiodum qui initio τῶν ἔργων sic loquitur, ut cæteros taceam. 3. 395.

4. 1329. καὶ] Hebraismus est 3. 132. ac prope dixim hoc esse illud sic in precibus.



Α' χαίδα] Schol. Thessaliam ex Il. β. 684.

4. 1332. ἀνέζετο] qui supplicum est mos & precantium.

4. 1334. ἦ μὲν] Sic Florentinum. H. Stephanus edidit ἦ μὲν, quod nihili est.

4. 1337. ἐπὶ μακρόν] Hom. μακρόν, quia erant dispersi. & ἦθ' erat observandum eorum qui aliquid læti nunciare gestiunt.

4. 1339. σώνομον] Apul. 4. ineunte, *cætus comascoius*. Μεθέπων, *insequens*] quod vix est dimidium vocis Græcæ. Est enim μεθέπειν, καὶ σώνομον ἔπειθαι, & illius inveniendæ gratia. ut μετὰ neque comitatum significet, neque ὄπισθεν, sed causam, quam Aristoteles σωνομίας tradidit πρὸ ὀχείαν, 6. historiæ cap. 16. Cum alioquin leones minime sint gregales. 1. 4.

4. 1343. ἐτάροιο] Jason sic à poëta dicitur, quia sunt τὸ πρὸς π, socius & socius. Extra hoc Virgilius recte, *sociis & rege recepto*.

4. 1345. ὄρμοιο] putem esse litus, ubi solent esse stationes; quomodo ὄρμος etiam portum notat, ubi est ὄρμος. hæc autem pars adjicitur à poëta ob ea quæ sunt. 4. 1364.

4. 1346. ἰδρίσας, *collocans*] vel consilescere iussis vel sedere, quo melius audiretur, cum suggestum decesset.

4. 1348. σέρφεσιν αἰγείοις] τῆν πρῆτην Genes. 3. quod primum vestimenti genus exitit.

4. 1350. ἀνεκάλυψον, *revelarunt*] Aliter res habet. nam τὸ πέπλον ponitur ἐκ κεινῶ. At sic facies revelatur, vestis non item.

4. 1362. νέφ' ] 3. 211.

4. 1365. σεισάμην ] 4. Georgic. *spretos pede repulit amnes*.

4. 1373. ἠῆα] quia ναῦς est αἰλὸς ἵππων.

4. 1378. ὑποδύσασετα, *subibit*] Vere, sed periculose, legenti, quem occupare cogitatio de equi immortalitate

tate possit. ut, *magna mei sub terras ibit imago*. Ατ γὰρ hic vel vacat vel pro μὴ usurpatur, vel εἰ καὶ, & ὑποδύεσθαι est ingredi θήκας altiores: aut magis commodum adnotat ἢ ὑπὸ, ut in ὑποφηλαίην. Non est spes, inquit Peleus, fore ut equus nobis tanquam antecambulo totum iter signet, sed &c. 4. 1384.

4. 1379. μυχὸν] εἰς μυχόν· aut legendum μυχῆ. H. Stephanus scribi velit μυχῶν. 4. 1444. & 4. 1545. & seq.

4. 1380. ἐπήβολον, *promptum*] quod sententiam derogat. Quippe discrepantia restat aliqua inter consilium calidum & salutare.

4. 1381. μυσίων ὁδε μῦθος] Diffidit τῇ ἀσφαλείᾳ χαφῆς Apollonius. Et quis tandem sibi persuaderi patitur tantam tanto tempore navem eorum portari humeris potuisse, qui vix eam in mare viribus adhuc integris detruserant? Ipse igitur quamvis recte fatetur esse hoc πλάσμα, & quidem antiquitate ipsa defendi à civilis mendacii culpa. Neque enim πανατρεικὴς ὀμφὴ dicitur, ut interpretatur sinistre Hartungus, sed πανατρεικὴς ἔκλυον. Adhæc summa poëseos lex est, ne quid scribatur κακομιμήτως, Aristot. poët. c. 25. Hic autem navis portatur; quod multo minus est ἀσύστατον quam si quis hominem volare dicat. Ac mihi non magis est credibile quod πρὸ ξυλομῆς νεῶν refertur ab Αρριανῷ, l. 5. περιίδες νεῶν & μῦθος, prisca sunt doctiorum monumenta.

Τ' πακχὸς] Hesiodus, μῦθος γὰρ μ' ἐδίδαξεν. Verbo isto elegante Lexica egent. Virg. 2. serii operis; *Quarum sacra fero*, hoc est, quarum sum sacerdos. Callimachus εἰς Ἀρετιν, οὐ μὴ (θεὰ) ἄμμιτ, ἐγὼ δὲ ἐπίροισιν αἰείσω.

4. 1384. ἦ, *qua*] pueriliter versum.

Ἀρετῆ] Hæc mihi dictio porrigit sensum fabulæ. Navis est patria, cujus ferre injurias haud paulo satius est, quam instat Coriolani bello ulcisci. Quam in rem multa egre-



346 JEREMIAS HOELZLINVS  
Ε'φίμερον] Dracones cantu delectari Augustinus  
scripsit.

4. 1401. μείλειον] Florentinum : Gallicanum, μη-  
λειον· quod probabilius. custos enim ille cum teneret  
locum mortuus, quem vivus tenuerat, ut sit à μελέα.  
quæ lexicis addi possent.

Βέβλητο] esse arbitror ex βολή, ex βέβολα & βίβω,  
ut ἔσολα, σολή, περιώ πύρϙ· inde βολέω. idcirco βέ-  
βληκα est vel βεβέληκα vel βεβόληκα. quæ mire impli-  
cantur à Grammaticis.

4. 1403. λιπόντων] Mihi libeat legere, λιπόντων. Dio-  
dorus l. 4. ubi de Lernæo Herculis labore, εἰς τὴν χα-  
λιῶν ἐνέβαπτε τὰς ἀκίδας, ἵνα τὸ βληθὲν βέλϙ ἔχη τὴν  
ἐκ τῆς ἀκίδϙ πληγὴν ἀνίατον. Si hoc videbitur argu-  
tius, contendam legi oportere λιπέων.

4. 1409. ἐσσυμένως] hoc aptius jungi puto τῶ κέν-  
των. 1. 260. 4. 1415.

Νώσατο] noluit γνώσατο, ob positionem. Atque hoc  
etiam inferendum est Lexicis.

4. 1410. τὰς δέ σφι] legi queat, ταῖς δέ σφι.

4. 1413. καλέεσθε] Sic solícite cavebant in preci-  
bus veteres ne alienis aut defectis ἐπωνυμίαις deos  
suos redderent implacatiores.

4. 1429. ἔσων] Libuit nymphis istis hoc modo se  
ostendere. vel magis, ex illis arboribus vera nympha-  
rum φύη & figura mire enituit: 4. 1603. Nam arbo-  
rum animas dixerunt nymphas profani.

4. 1430. ἐξέφανεν, οὐρα est] quam imperite! Est enim  
hoc κρινῶς, ἐξεφάνησαν.

4. 1444. ἦδε ᾗ] ἦδε pro τῆδε, ut πὸς pro ὅς, 4. 1450.  
vel ut in Vespis, πὸς ἑποσί, aliquis. ut sit δεικτικόν. Gal-  
licanum, ἡ δὲ ἄρα. sic esset ἡ pro ἐσί. forte placeat  
alicui fuisse scriptum ἦδε δέ· ut sit ἦδε ab ὅς significante  
hic, vel ille. ut ἦδε, pro ἦδε ἐσί. Hebr.

4. 1445. ἦ καὶ] Ergo τὸ ἄπαραφραστὸν erit, sua usus  
saga-

sagacitate fontem animadvertit, i. i. & habebit solum domesticam πάθας δρχλιώ.

4. 1450. αἰσαστὸν ] ἐπίρρημα. παντὶ θηλυκῶν hic est πίδαξ. 4. 1456.

Πέφραθεν, ostendit] si ostendit illi is, non ἐπέκυσαν, sed procul ostendit, 4. 1444.

4. 1454. λίβα] Schol. δρσενικῶς, cui non respondet contextus. omnino sic est, ὁ λίψ ventus, ἡ λίψ λιβάς. igitur defecta est φολίασις.

4. 1455. ἀπληκίον ] ἀνδρῶν πληγῶν, sed fortasse est ἀλληκίον, aut saltem illud τῷ πεπληῆσαι sociandum.

4. 1458. ὦ πόποι ] ὦ δαίμονες. Germani vocant den popel cujus facta mentione Hentes terrent pueros, quod fieri vetat Plato 2. de rep. illud autem adeo pridem factum est ἐπίφθεγμα, ut ipse eo Jupiter utatur Ul. α. quo ostendit se humano esse satum patre. Plautus Amphitruone.

4. 1460. δήοιμεν] Abesse non potest quin fabula, utpote mendacium, credulitatis interdum jacturam apud legentes faciat. Quare alius fabellæ glutino, ut cohærescat tenacius, indiget. Cujus rei satis clarum hic specimen offertur. Atque ex eodem hoc fonte surgere εἰπέται solent, de quibus plura me recordor ad lib. i. dixisse.

4. 1462. ἐρέεινον] Aldinum, ἐρέεινεν. nempe ab aliis, verb. gr. pastoribus. quia vestigia erant vento turbata.

4. 1463. ἐπηκυλινδεῖτ'] perspicue depravatam hoc. Aldinum ἐπηλίνδετ', & sic Florent. & Steph. ἀμέτεως. qui tamen putat scribendum ἐπηλίνδεντ'. In Exemplari Joachimi Camerarii summi Germaniæ literatæ viri, manu ipsius erat correctum ἐπηλίνδητ'. Quod probum esse existimo. Est enim ἀλινδεῖσθαι pro εἰλινδεῖσθαι, ut & εἰλιεῖν pro ἀλιεῖν. Hesychius hinc, ἀλινόν. ἀμυδρόν, Κρητες. Ego legam, ἐπηλινδεῖτ', quia proprius abest à vulgato, & scholiastæ scripto.

4.1471. ἔϊθεν ] ἔ est pro ἐξ, nempe ἱταίρα, & ἔ pro ἑαυτῆς. I. 362.

4.1479. τὼς ιδέειν] 6. Æn. est indubitata hujus μίμησις. qualem primo qui surgere mense Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam.

Νέω ἡματι, novo die] Aristophanes dixisset νέα, nempe ἡμέρα aut quod Virgilio placuit, μελι, seu μελιή.

4.1480. ἐπαχλύσσαν] Virg. per nubila. Nam in conjunctione Solis & Lunæ, Luna omnino disparet, non nubibus sed Solis radiis involuta. deinde apparet corniculata. Ergo νέω ἡματι est circa νέον ἡμαρ, licet interdum ἔνη καὶ νέα (nempe ἡμέρα ἢ σελιών) in eundem incidat diem. Videnda Aristophanis Scholia ad Νεφ. Αἶ. 4. Sc. 1. Huc autem utriusque mens Epici tendit, quia incertum est imperitis quo temporis puncto Luna è solaribus radiis prodeat, &c.

4.1487. τόφρα] Hujus πέντε σημασίας numerant, τὸ ἄφρα, τὸ ἔως, τὸ ἡνίκα, τὸ ὄφρα, τὸ ἐν ποσῶτω. Quarta huic loco maxime idonea est. Quamobrem σύγχυσις hic notabimus, cui me mederi studebam.

Ἀφαιρότερον] κἀφαιρῶ. λέξεις sunt ταυτὸν ἡχῶσαι. est igitur lus nominum, sed involutior.

4.1491. ἀκακαλλίς] ἀνθῶ ναρκίαν, κρηπὶς. Vaginus. hic κύριον est.

4.1492. ἀπέναντε] ἀποτομία Minois & justa scortatorum deum contemptio.

4.1497. Πιρρῶσι] hujus mihi antiquitatis sapor hic quoque sapit. & sic est 210 πρὸ ματτοβη.

4.1499. νέκω] Canthum.

Ὀπίσω] cum prius inferias Cantho misissent morte Caphauri.

4.1501. μυρόμφοι ἢ τὰ] Videor mihi jure hoc sic mutasse, τὰ ἢ μῆλα, & τελείαν sustulisse. Quid enim commune luctui & pecudum hæreditati.

Μετὰ σφέας] Interfectum Caphaurum quasi confiscarunt heroës.

4. 1506. νωθής] Etiam celebratur draconum φιλαν-  
θρωπία in historia Physiologica.

4. 1508. μελάγχμον, *frigidum*] sine vocabuli Græci  
ratione. quod integre est μελάγχμον. Æschylus in  
Persis, λαχὸν ἡμᾶρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμῃς. Hic igitur  
vacat χίμον, & Virgilius. atra venena dixit. H. Step-  
hanus edidit, μελάγχμον, atro succo: quod nolim reci-  
pere, nisi mihi concedatur ut legam δράκων δύχμον, *Ⓞ*,  
in Æschyli Septem.

4. 1511. εἰ παύσῃ] Virg. non si mihi Iuppiter auro  
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere calo.

4. 1514. μήτηρ] Et si ὀνομαθείας jus commune fuit  
utrique parenti; tamen à matribus fuit usurpatum sæ-  
pius, etiam patre præsentē & superstite. Gen. 29. & 30.  
ac si prima quæque maxime valent, ab ipsa Chaffa hoc  
accepisse videri possunt, Gen. 4. 1. propria sane Lycio-  
rum in nectendis genealogiis fuit consuetudo, de qua  
Herodotus lib. 1. καλέσσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτῶν, καὶ οὐκ  
ἀπὸ τῶν πατέρων.

4. 1518. ἐνεσηρίξαι] hoc σιώθητον ignorant lexica.

4. 1521. ἀπαρ μῆδεια] καὶ σιωπώμενον vult intelli-  
gestum hoc esse in conspectu procerum, nec à nave  
procul.

4. 1523. ἔνεκ' εἰ] Sic semper hic scripserunt librarii.  
Legi jubeo, ἔνεχ' εἰ, hoc est, ἀνθ' ὧν, ut sit inversum  
ἐνεκα. Virg. 4. operis absolutioris insigniter ἐκλωρίζῃ  
καὶ ἐβραίζῃ, cum ait, pro qua mercede. ubi mire anxios te-  
net commentatores χέσις reciproca, quam assequi  
haud queunt. Nam est merces pro labore, & labor  
pro mercede. nempe ut Genes. 22. 18. τῷ εἰς ἀργύρον, merces,  
quod valet igitur, pro eo ac, hoc est ut sua esset Cure-  
tibus merces & præmium pro nutritione Jovis. πρῶ-  
τον ψευδῆ *Ⓞ* est, quod putabant ἔνεκα esse quoniam vel  
ideo quod.

4. 1524. κῶμα λυσιμελές] marcidus soror, Apul. 1. 10.

4. 1531.

4. 1531. μυδύωσα ] quia evaporato per σῆψιν calore non amplius terminantur τὰ σηπόμματα. διὸ ὑχὰ πρῶτον, εἶτα ξηρὰ τέλει γίνεται. l. 4. μετεωρολ. c. 1. Hanc autem veneni dirioris esse efficacitatem Aristoteles etiam refert in *Ἰαμασίσις*, unde hic nostri locus videtur esse transumptus. λέγεται περὶ τῆς Ἰταλίας ἐν τῷ Κιρκίῳ ἐστὶ φάρμακόν τι φύεσθαι θανάσιμον, ὃ τοιαύτῳ ἔχει τὴν δυνάμιν, ὥστε αὐτὸς εὐθυσθενῆ πνι, ὡδραχεῖμα πίπειν ποιεῖ, καὶ τὰς τείχας τὰς ἐν τῷ σώματι ἀπομαδᾶν, &c. ubi etiam ait inde ἀφᾶρρῆν τὰ μέλη, quod postea dixit κῶμα λυσιμελέε. & cognata verba μυδᾶν & μαδᾶν, quæ tamen in Lexicis, ut alia multa, inuenuste tanquam ἐπεροχῆ disjunguntur. l. 6.

4. 1533. μακέλησι ] μακέλλας istas Aristophanes in *Νεφ.* bis dixit σμινύας : quod nomen cum aliis non paucis ex eo scriptore in lexica est referendum.

*Ἐμοιρήσαντο*, *sepelierunt*] haud probe. *μοιρᾶσθαι* valet dividere, & conscindere, ut *πίλλεσθαι χείρας* l. 1057. quo tamen verbo significatur *πηγῆ* calvitium, quod in sacris alio atque alio modo vel imperatur vel vetatur. Contra *κείρειν* est tondere & scindere & dividere, unde ἐν *ἀκαρεῖ*. ut quisque suas aliquot crinium evulsorum portiones contulerit, quos mitterent inferias, habebat hoc etiam aliis post annis. Statius lib. 6. *seterosus & pectore fusam Casariam ferro minuit, sectisque jacentis Obtubuit tenuia ora comis.* Sophocles *Electra*, σὺ γὰρ πάντῃσιν κρεσσὸς βοσρύχων ἄκρας φόβας, καὶ μὲν ταλαίτης &c. δὸς αὐτῷ.

4. 1536. χυτὴν γαῖαν ] pulveratam, siccam, minimeque glebosam, ne gravis sit mortuo.

4. 1549. ἐγχετάις ] neque hoc usquam comparat in Lexicis. ejus autem interpretamentum leges 4. 1561.

*Μείλια*] dixi placabile munus. ut Virgil. placabilem aram, in qua Diana, l. 7. aut Palicus placatur, aut quæ placat eos. quod aliter declarant mei Virgiliani  
com-



commentatores. Est autem ara pinguis & ad placandos Deos idonea.

Ἐπιθέσθαι] cohærent ἔπι νόσω. Sacra sunt verba πίθεμαι & ἰδρύω, 4. 1550. Ὁ Γραιπὸς Διόφαντος ἀνάκτορα θηκαίλο τέχνης, ὡς θεμισ, ἀρχαίης λείψανα τεχνοσώης. 5. Æn. Hic victor castius artemque terono. Clarius hoc patet in ἀναλίθεσθαι.

4. 1552. ἀνά] jungo ἀναείρας. Pind. αὐτὸ δὲ δὴτὸς ἀρπάξαις ἀράρας, quod illepide conversum, terra; Sic est ἀναίρειν φόνος pro ἐκ φόνος, & ἀναίρειν ἐκ μέσων. Æsch. πόλις ἀνήρπασθαι ἐξ Ἐλλάδος.

4. 1556. αἰλός] λιμνοθαλάσσης.

Οἷά τε πολλα] ἑπιρρηματικῶς. ut, nihil egeo, &, si quid irascitur, 2. 543.

4. 1557. ἐπὶ ἀλλοδαπῇ] ut, in hostico. ἐπὶ est accipiendum ut 4. 1567.

Περόωντος] 1. 985.

4. 1561. Ἐρύπυλον] ipsum Tritonem, in Scholiis Pindaricis ad 4. Pyth. & hic in nostris. More fit ut suos poetæ Deos sub mentita alicujus forma hominis exhibeant.

4. 1562. Ἐπὲρ ἔχεθε βώλακι] putet quis esse hoc Ἐπὲρ ἔθειν βώλακι, super glebam tenere, accipiendi causa. Sed hoc quadraret forte, si humo tolleretur gleba. Ut meus est sensus, ἔχω vel χέθω est teneo, & proinde tendo; Ἐπὲρ, propter aut ἐπὶ. ut est ἔχειν ἐπὶ πνὶ ἵππων. Sed nondum sunt omnia satis plana. Anacreon in Oda, Ἄρχε τίς τόρθε σε πόντον ἴσκιπτε, Ἐπὲρ ἀργύρω δὲ ὀχῆνται. Statui igitur hoc sumi pro Ἐπὲρ πέχεθε. manus sublata protendit in glebam, hoc est ambabus avide manibus accepit glebam.

4. 1569. δι' ἠπίρας] supervacua est Scholiastæ dubitatio, de hujus nominis vi. nam ipse etiam Isocrates in Panegyrica, Eurip. in Ione extremo, Theocritus in Europa, Virgilius Æn. 7. nominant duas solum ἠπίρας magnas.

magnas. Nec tamen continuo tertia hic orbis pars intelligenda.

4. 1572. ἀγχεβαθές, profundum] Hesych. ἐξως τῆς γῆς, καὶ βαθύ.

4. 1573. διήλυσίς] declaratur hoc, 4. 1576.

4. 1576. σεινή] Scylax, σῶμα ᾗ ἔχων (lego ἔχῃ) ἑλίμνη μικρόν.

4. 1577. ὑπερήριον] αἰέριον. ut ὑπεναυτίον pro ὑνατίον.

4. 1580. αὐτῶ] incertum, sit ne navis, an αὐτὴ χέσθ. etiam alibi αὐτὴ aut simile quid, est navis.

4. 1581. περιρήδω] fortasse Latine dicam effraete, ita ut fiat ἀγκών, 4. 1583. hoc est angularis prominentia litoris. i. 431.

4. 1584. ἀνία, molestia] multum certe molestia est in nostro hominum labore, qui simus σάρκινοι, ut est in ἡθικῆς, ubi agitur de fortitudine: Non est dubium quin ἀνία sit ab ἡν, quo notatur afflictio seu depressio. Nihilominus Apollonio, opinor, est languor & ἀνεσις, vel ἡπία. ut sit ἀνιῶ ἀνία, ut ἄνω ἄνη, αἰνῶ αἴνη. Hoc volunt quæ his sunt proxima.

4. 1585. νεότης] ἐν τῇ μουσικῇ καὶ τῇ σωματίων ἑπιμελείᾳ (οἱ δὲρχαῖοι) περιεπιῖντο πλὴν παιδείαν. Athenæus lib. 14.

Μογῆσαι, exercere] Est fatigari. require 2. 476. ubi similis commissus error.

4. 1589. ἀνθέρμω] ut 4. 1386.

4. 1590. ἐσέδρακεν] nempe sic personatum. 4. 1602.

4. 1593. καὶ ῥά οἱ] scrib. καὶ ῥα οἱ. Jason & rex est & factorum antistes.

4. 1595. ἐκείναλο] lego ἐκκεῖναλο.

4. 1599. ἀλοσύδναι] f. ἀλοσύδνης.

4. 1604. ἀνὴρ] ἦν, quispiam.

Εὐρέα] flexu poëtico.

4. 1605. χαίτης] Πραεπτομα equestris, μή ποτε αἴγων τῆς ἡνίας τῆς ἵππων, Xenophon.

4.1607. ἀργυρέντα, *argentea*] imo alba è spuma fortasse, aut aliter, polita, trita. Virg. *frana ferox spumantia mandit.*

4.1608. πλάβηδλω, *ex obliquo*] nihil ad κρέτον. putabam ego χαλινοῖς generatim signari τροχὸς & κερύφαλον, quicquid denique potest ἠνίαις χαλαῶσθαι, aut alioquin crepare, ὅποσα πειλίθεται πεισὺν ἄξονας. ut idem loquitur Xenophon.

4.1614. κήπεϑ] pro κήτειϑ. imo est γυική. 4.1619. in Scholiis. Triton inferior erat cetus.

Ὀλκαίη] Sic in Aldino. in aliis fere ἀλκαίη. Hoc loco depingitur Triton fabulosus; aliam veri Tritonis formam exhibuit Pausanias l. 9.

4.1616. διχόωντο] hujus verbi accessio ad lexica fieri potest.

4.1626. κεκλιμένη] Verti hoc potest, *adjacentem.*

Ἰδοντο, *viderunt*] quod tralatitium esse censeo.

4.1628. ἀργίαιο, *procellosi*] Nemo sanus ventis gaudet procellosis. 2. 995.

4.1630. ἀνέπασεν] pro ἀναπαύειν εἶωθεν, ut Psalmo 1. ἤη, stare solet. Neque aliter erat accipiendum quod Hesiodus scripsit, νῆσοι ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν. Sic ἐψήφισται in Vespis, & εἰς κεκρόμισμα solet sciscere, soleo inferre.

4.1634. ἐπήμαλι] sic scriptum erat, fortasse ideo, ne quis putet esse, Ἐπιῆσι.

Ἰῆσι. νύχθ' ἐπίρω] hæc ubique est, sed noxia est interpretatio. jungendum suadeo, ἰῆσιν ὑπέδεκτο, ut δὲ posterius sit ἀργόν, Iliad. ψ. 712. & infra 4. 1739. & 4. 1768. Quæ enim procul est non excipere Carpathus hospicio nautas potuit. Præterea ὑπέδεκτο est παθητικῶς positum ut 4. 1217.

4. 1636.] in scholiis & loco Homeri legendum κρεπαθόν τε. ut est κρεθία. Ea est ὑψηλή Straboni, ἠνεμόεσσα in Hymnis.

4. 1637. ὑπερέπλεο] De Cretensibus maris olim imperium nactis Isocrates videndus & alii.

4. 1639. εἶργε, coëgit] εἶργειν est quidem cogere, hoc est concludere & continere, sed hæc hic nouo totam sententiam decolorat.

4. 1640. Ἰππωγλώ] νεὸς οἶνον dixit in Acharn. Aristophanes, Tacitus *subsidia*, ὑφόρμυς.

4. 1641. μελιηχρῶων] Hesiodus, ἐκ μελιᾶν, in Ἔργοις.

4. 1642. μετὰ] ut 4. 1420.

Ἡμιθέοισιν] Quos ex Platonis Minoë apparet manifeste Minoëm & Rhadamantum fuisse. 8. Æneidis, *Gensque virum truncis & duro robore nati*. De Talo meminit Lucianus in φιλοφροδῆι.

4. 1646. ὑπαὶ πίνοντες, à collo] non sine fœda sententiæ destructione. At Homerus etiam ὄφρα σφυρῆ esse πίνοντα vidit Iliad. ρ. Est autem πίνων cauda musculi nervosior, unde membrorum pender motus ἀμέσως.

